EVOPLIA

FIDEI CATHOLICÆ ROMANÆ HISTORICO-DOGMATICA

Ex vetustissimis Syrorum, seu Chaldæorum monumentis eruta.

Vbi de Christianis Orientalibus deque eorum Ritibus, Doctrina, & Fide quoad articulos à Nouatoribus nostri temporis impugnatos.

AVTHORE

FAVSTO NAIRONO

BANENSI MARONITA

Chaldaicæ, seu Syriacæ linguæ in Almæ Vrbis Archigymnasio Professore.

Induite vos Armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. Paulus ad Ephes. 6.

ROMÆ, Typis S. Cong. de Prop. Fide. 1694.

Superiorum Permissu.

S. D. N.

INNOCENTIO XII.

PONTIFICI MAXIMO.

Faustus Naironus Maronita F.

CAtholicæ Religionis defensionem ab Orientali Milite, Orientalibus armis, hìc paratam, non nisi Tuis sub Auspicijs B.P. suscipiendam exhibeo; Cui enim opus hoc nuncuparem, in quo Sanctæ Ecclesiæ grande Patri-

monium, nempe Sacramenta, Traditiones, Dogmata ab Hæreticorum insultibus defenduntur, quam Tibi, cui credita sunt Eloquia Dei, & hoc illustre Depositum à Summo Pastorum Principe seruandum. Te Duce nouus hic Miles propugnabit, & palmam sperabit inuictus; Eo scilicet Duce, qui Diuinæ mentis consilio in remedium extremæ calamitatis ad Solium euectus, Sanctissimis legibus, Augustissimis moribus, & exemplis posteros aliquando Principes oneraturis, Hæreticorum obtrectationes, impiorumque temeritatem constantis animi malleo retudit; Nec dedi-

di-

dignaberis spero hominem ab extremis Phœniciæ partibus peregrinum, qui tam liberali, tam Paterno pauperes amore prosequeris, vt difficillimo etiam tempore magnis sumptibus eorum calamitatem subleuando, magis INNOCENTIVS *inter Romanos Pontifices, quam* IOANNES *inter Alexandrinos magni* ELEEMOSINARII *titulo preful-gere videatur; hìc enim alienas pauperibus erogauit Mansiones, Tu Propriam, tanta totius Orbis admiratione, vt Hæresis ipsa venerabundo stuporis supercilio Te verè Vniuersalem Patrem fateri cogatur. Ex hac deinde B. P. Orientalis Ecclesiæ censu-*

ra recognoſcent tandem Nouatores, ſe non ſolum à Sede Petri, ſed ab omnibus Ecclesijs defeciſſe, tedeatque ipſos, & pudeat Orientalium authoritate abuti, ſicut paucis abhinc annis Seldenus, Hottingerus, & alij nonnulli ſunt auſi, dum contra ſe tam præclara, tam expreſſa in hoc volumine teſtimonia deprehendent. Puto (vt olim D. Auguſtinus Pelagij diſcipulo Iuliano obiecit) Puto inquam illis eam partem Orbis ſufficere debere, quæ primùm pretioſo Chriſti Sanguine irrigata fuit, & ex quà nos Syrorum teſtimonia, & Traditiones eiſdē propinamus, vt à primo fontis gurgite aquā

lim-

limpidissimam bibant, vtinam ad salutem, quàm vnicè propinandam suscepimus; nec vano conatu Te Duce; vt dixi; atque Auspice, cuius pedibus me, meumque studium humillime submitto, Deum Optimum Maximum quotidie precans, vt quâm diutissimè publicæ vtilitati Sanctitas Tua Salua, Incolumisque. Viuat.

APPROBATIO.

EVopliam *Catholicæ Fidei* ſtudio *Fauſti Naironi Banenſis Maronitæ* elaboratam, ex mandato R.P.M.F.Thomæ Mariæ Ferrari Sac. & Apoſtolici Palatij Magiſtri, ſingulari voluptate perlegens, Armaturam Dei reuera eſſe ſuſpexi, qua induti fortiſſimi illi, qui cuſtodiunt lectulum Salomonis, Chriſti videlicet Eccleſiam, certi de victoria aggredi poterunt, & ſuperare inſidiatorum Hæreticorum turmas, qui futili nouitatis, quã Catholicis obijciunt, aggere muniti, Romanæ Religionis fortalitium peruadere, & euertere facillimum, temerario auſu, ſibi fore promittunt. Machæra hæc eſt ex vtraque parte acuta; dogmata namq; quæ doctrinis ſuadet, vſu comprobat: veritatem quam auctoritate firmat, antiquitatis exemplo confirmat. Sana ſunt, quæ hic proferuntur, vtpotè primæuæ Chriſtianitatis ritibus conſona: Clara ſunt, quoniam vetuſtis fidei orientalis illuſtrata luminibus; Solida ſunt, ſi quidem Scripturarum, Patrumque roborata ponderibus; quapropter dogmaticam

hanc

hanc *Euopliam* publica luce dignam censui, vt eius vsu sensibiliter errorum suorum tenebras palpare discant Nouatorum nebulones, vt eius vsu Catholicæ Religionis Ministri hostium impetus eludant, & errantem plebulam ad manus in veritatis cognitionem trahant. Sic censeo. Datum Romæ in Seminario S. Pauli apud S. Pancratium die 25. Iulij 1694.

P. F. Liberius à Iesu Sacrarum controuersiarum in eodem Seminario Prælector.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sac. Palatij Apostolici.

Sperellus de Sperellis Episcopus Interamnen. Vicesg.

Imprimatur.

F. Thomas Maria Ferrari Ord. Præd. Sac. Palatij Apostolici Magister.

A D

FAVSTI NAIRONI

EVOPLIAM

Hoc est *bonam Armaturam*

Carmen Octastycon Syriacum.

PETRI BENEDICTI MARONITÆ

Sub Metro S. Iacobi

In quo ostendit EVOPLIAM hanc, nouam esse Turrim Dauid, ex qua multi pendent Clypei, pro Catholica fide omnis Armatura fortium.

ܠܐܦ ܡܕܠܟܝܐ ܡܕܡܝܢܐ ܘܫܦܝܪܐ ܣܡܝܢܐ
ܦܣܝܐ ܡܪܝܗܝ ܚܢܢܐ ܡܢܝ ܚܝܠ ܢܝܪܢܘܝ ܡܪܘܬܐ
ܡܬܡܪܘܬܐ
ܒܪܟܐ ܒܟܣܘܒܐ
ܘܡܢܝ ܠܟܣܝܐ ܕܦܪܘܫ ܒܪ ܡܟܪܙܐ ܡܢܘܬܐ ܦܐ.

ܗܠܐ ܡܪܦܝܐ ܕܦܘܝܢ ܦܘܣܠܐ ܠܦܘܪܫܐ ܢܦܝܫ
ܣܡܝܐ ܗܪܐ ܘܠܥܠܘܬܗ ܕܟܘܠܐ ܡܣܦܝܫ
ܐܡܝܢ

ܐܢܐ ܣܟܠܐ ܡܢ ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܒܫܘܒܩܢ ܚܛܗ̈ܐ
ܘܒܠܡܢ ܕܠܐ ܙܘܥܐ ܒܫܦܝܪ ܚܛܗ̈ܐ
ܠܟܝܢ ܡܢ ܣܘܪܘܗܝ ܐܢܐ ܘܡܚܝܐ ܡܢ ܒܗܠ ܐܒܢܝܢ
ܘܒܡܢܘܫܟܘ ܫܡܝܢ ܫܒܝܐ ܘܡܢ ܫܘܒܚܢ
ܠܟܘܢ ܐܘ ܐܚܝ ܡܫܝܚܐ ܕܐܦ ܠܐ ܠܟܠ ܐܢܫܝܢ
ܕܠܐ ܫܘܬܦܘܬܗ ܕܡܫܠܐ ܠܗܘܢ ܐܦܘܠܘܓܝܐ ܀

I N-

INDEX MATERIARUM IN PRIMA PARTE

De Christianis Orientalibus.

CApit I. *De Nestorianis.* pagina 3.

Cap. II. *De Monophysitis.* 24.

Cap. III. *De Melchitis.* 54

Cap. IV. *De Maronitis.* 58.

IN

IN SECVNDA PARTE

De Septem Ecclesiæ Sacramentis,

CAp. I. *De septenario numero Sacramentorum*. 117.
Cap. II. *De Baptismo*. 119.
Cap. III. *De Confirmatione*. 127.
Cap. IV. *De Eucharistia*. 134.
Cap. V. *De Confessione auriculari*. 195.
Cap. VI. *De Extrema Vnctione*. pag. 206.
Cap. VII. *De Ordine*. 215.
Cap. VIII. *De Matrimonio*. 251.

IN

IN TERTIA PARTE

De præcipuis alijs Catholicæ fidei Dogmatibus.

CAp. I. *De Ecclesia.* 257.
Cap. II. *De Romano Pōtifice.* 262.
Cap. III. *De Purgatorio.* 314.
Cap. IV. *De Sacrificio Missæ, & de Syrorum Liturgijs.* 319.
Cap. V. *De Adoratione Crucis. pag.* 332.
Cap. VI. *De Reliquiarum Cultu.* 337.
Cap. VII. *De Cultu Sanctorum. pag.* 338.
Cap. VIII. *De Peregrinationibus ad loca Sancta.* 343.
Cap. IX. *De Ieiunio, & Abstinentia.* 346.

Cap.

Cap. X. *De Monachis, & Monialibus.* 354.
Cap. XI. *De Christo.* 361.
Cap. XII. *De Libero Arbitrio.* pag. 370.
Cap. XIII. *De Merito bonorum operum.* 374.
Cap. XIV. *De Gratia Dei.* 378.
Cap. XV. *De Obseruatione Legis.* 379.
Cap. XVI. *De Gubernio politico.* pag. 381.
Cap. XVII. *De Verbo Dei scripto, seu de Sacrorum Librorum Cathalogo.* 383.
Cap. XVIII. *De Verbo Dei non scripto, seu de Traditionibus.* pag. 392.
Cap. XIX. *De Antichristo.* 394.

IN-

INDEX
CHRONOLOGICVS
Authorum Orientalium Manuſcriptorum qui in hoc Opere continentur.

Cum Indicatione Bibliothecarum, in quibus extant.

ABubacrus Abbaſides Author Mahumetanus varia exarauit ſæculo decimo vergente ad vndecimũ, cuius nonnulla fragmenta extant Romæ inter libros Abrahami Ecchellenſis.

Athanaſius Epiſcopus Hieroſolymitanus Melchita.. ... cuius nonnulli ſermones paſſim ſunt ad manus inter Melchitas.

S.Balai viguit ſæculo quarto. Vide pag. 47. huius Operis.

Bar-

Barſauma Metropolita Niſibenſis Neſtorianus, colligitur ex Eutychio Alexandrino, qui eundem citat Tom. 2. ſuorum Annalium, eum floruiſſe ante ſæculum nonum, quo viuebat Eutychius.

Ben Aſſalus Monophyſita ſæculo decimo tertio erudita opera edidit, ac præſertim librum *Collectionis Canonũ*, cuius exemplar extat in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

Canones Arabici Concilij Nicæni. Vide pag. 271. cum ſequentibus, extant in Bibliotheca Vaticana, & in altera Collegij Maronitarum de Vrbe.

Conſtitutiones Eccleſiæ Syrorum. Vide pag. 70. extant in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

Daniel Doctor Monophyſita concinnauit Epitomen Conſtitutionum Eccleſiæ Iacobitarum vixit ſæculo ...... cuius exemplar extat inter libros Abrahami Ecchellenſis.

Dauid Archiepiſcopus Syrus, ſæculo vndecimo. Vide pag. 6.

Dauid Barphaulos Syrus, ſæculo .....

b eius

eius Liturgia extat inter libros Abrahami Ecchellensis.

Dionysius Barsalibi Monophysita Episcopus Amedensis eius Liturgia cum legatur in vetustissimis Iacobitarum Missalibus arguitur fuisse inter eorũ antiquiores Patres, qui scripserunt post Concilium Chalcedonense, & Commentarium eiusdem in Liturgiã S. Iacobi, inter libros prostat Abrahami Ecchellensis, & aliud Exemplar erat Rauennæ in Biblioth. Coll. Maronitarum ibidem erecti, & Romam translati in Pontificatu Alexandri VII.

Elias Nisibensis Nestorianus, sæculo vndecimo. Vide pag. 6.

S. Ephrem Syrus, quarto sæculo. Vide pag. 113. 114. aliqua eius opera manuscripta Syriaca asseruantur in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

Eutychius Alexandrinus Melchita, nono sæculo vergẽte ad decimum, cuius Annales Edwardo Pocockio Interprete impressi sunt Oxoniæ an. 1659.

Ga-

Gabriel Qlai Episcopus Maronita, sæculo decimo quinto congessit Epistolas ab Innocentio III. vsque ad Leonem X. Maronitarum Patriarchis conscriptas, multa etiam concinnauit tam soluta, quam ligata Oratione de Nationibus Orientalibus, ac illarum hæresibus, quæ extant in Monasterio S. Mariæ de Cannobin in Libano, præter alia Opera moralia, quæ sunt in Bibliotheca Maronitarum de Vrbe, nec non Tractatum *de Sacerdotio*, qui extat in Monasterio S. Antonij Abbatis de Kuzhaia in Libano.

Hebediesu Metropolita Sobensis Nestorianus, deinde Orthodoxus sub Iulio III. in celebratione Concilij Tridentini. Vide pag. 116. 117. plura erudita conscripsit opera, & præcipuè *Collectionem Canonum*, & librum cuius titulus est *liber Margaritarum*, primum Exemplar extat in Bibliotheca Vaticana, de secundo bina sunt Exemplaria, vnum Romæ in Bibliotheca S. Crucis in Ierusalem, alterum inter libros Abrahami Ecchellensis.

Iacobus Baradæus seu Zanzalus Author *Chatachesis Iacobitarum* vixit sæculo quinto vergente ad sextum, præfatus Codex extat in Biblio heca Collegij Maronitarum de Vrbe.

S. Iacobus Episc. Nisibensis cuius hymni passim in Syrorum Breuiarijs leguntur interfuit Concilio Nicæno.

Iacobus Episcopus Edessenus cuius pariter Hymni passim in Syrorum Breuiarijs occurrunt, floruit septimo sæculo. Vide pag. 48. 49.

Iacobus Episc. Sarug Orthodoxus septimo sæculo. Vide pag 48. varia opera eleganti stylo composuit quæ asseruantur in Monasterio S. Mariæ de Canobin in Monte Libano. Vide pagina 50.

Iahia seu Ioannes Benadi Monophysita scripsit *de Incarnatione* vnà cum varijs operibus, inter quæ est *Apologia pro Christiana Religione*, quorum Exemplaria extant in Bibliothec. Vaticana, & sunt conscripta anno Æræ Martyrum 976. Christi 1226.

Ioannes Barsusan Monophysita floruit

ante

ante Iacobum Baradæum, de quo suprà, cum ille sit ab eo citatus in sua Catachesi. Vide pag. 35.

Ioannes Episcopus Darensis quinto sæculo vergente ad sextum. Vide pag. 114. 115. cuius opera in pergameno conscripta, sunt inter libros Abrahami Ecchellensis.

Ioannes Maro Patriarcha Antiochenus sextò sæculo vergente ad septimum. Vide pag. 115 116. eius opera extant inter libros Abrahami Ecchellensis.

Isaac Syrus coæuus S.Ephrem. Vide pag. 114. huius meminit Gennadius, qui & eius scripta recenset; aliqua eius opera extant in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

Liber Subtilitatis Authore Anonymo Mahometano, huius Exemplar arabicæ conscriptum adest inter libros Abrahami Ecchellensis.

S. Maruta Episcopus Tagritensis, Theodosij Iunioris Imperio, quinto nimirum sæculo floruit, cuius festiuitas in Martyrologio Romano notatur die 4 Decembris. Vide pag. 173. & de eo-

dem legitur Tom.16.Bibliothecæ Patrum; Eius Liturgia, quæ in hoc opere citatur extat in peruetusto Codice Liturgiarum, qui inter libros Abrahami Ecchellensis asseruatur.

Martyrologium Ægyptium habetur in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

S. Mattheus Pastor vixit ante Chalcedonense Concilium, cuius Liturgia extat in supracitato vetusto Codice Liturgiarum, qui est penes Ecchellensem.

Moyses Barcephas Episcopus Ramensis floruit sæculo decimo. Vide pagina 53. 355.

Officia Maronitarũ, ac præsertim Quadragesimalia, atque alia quæ non sunt impressa seruantur in Biblioth. Collegij Maronitarum de Vrbe.

Philoxenus genere Persa, ideoque *Xenaias* dictus, hoc est *Peregrinus*, non dum Christianus à Petro Gnaffeo seu Fullone Patriarcha Antiochiæ, ordinatus fuit Episcop. Berrohensis sexto sæculo, celebris est inter Iacobitas.

Vide

Vide pag. 52. Eius Liturgia extat in Missali Iacobitarum.

Seuerus Patriarcha Antiochiæ Monophysitarum hæresis acerrimus defensor vixit quinto sæculo. Vide pagina 52.

Stephanus Edenensis in præsenti Maronitarum Patriarcha Antiochenus de Litteraria Republica optimè meritus *Apologiam* concinnauit pro Maronitis contra *Thomam Biatiensem*, nec non & alia opera de rebus Ecclesiasticis, quorum exemplaria hîc Romæ præ manibus habuimus, ab erudito Viro Petro Benedicto Maronita nobis commodata.

Theodolus Benattibus, à nonnullis Nestorianus, & ab alijs Orthodoxus reputatus floruit decimo sæculo teste Abulfaragio, eius in Euangelia Paraphrases extant in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

Thomas Episc. Germaniciæ inter antiquiores Monophysitarum Patres, qui post Concilium Chalcedonense scripserunt, quod colligitur ex eius Li-

turgia quæ extat inter alias eiusdem ætatis in Iacobitarum Missali.

Thomas Hharanita Præsul Kfartabensis vixit decimo sæculo vergente ad vndecimum. Vide pag. 69. huius Operis. Liber decem Propositionum, quem pro Monothelismo congessit, extat inter illos Abrahami Ecchellensis.

Thymotheus Præsul Alexandrinus Orthodoxus quarto floruit sæculo, cuius nonnullos Canones recenset *Beueregius* in Pandectis Canonum.

Quas recensuimus Authorum ætates, desumpsimus ex ijsdem Codicibus, & in quibus non extabant vel in albo reliquimus, vel ab alijs Authoribus habuimus, vti Legenti patebit.

LECTORI

tam Ortodoxo, quam Heterodoxo.

TRACTATVRO de rebus fidei, & Religionis Chriſtianæ myſterijs, Sacramentis, conſuetudinibus, atque dogmatibus, ſuper quibus hoc noſtro ſæculo turbatur vnitas, rumpitur pax, ſoluitur Chriſtianorum concordia, quos opportebat tanquam vnius corporis membra, & tanquam fratres vnanimes habitare in domo Dei, quæ eſt Eccleſia, æquum mihi viſum

ſum

ſum eſt prius antiquiſſima Orientalium inſtituta perluſtrare, ac pręſertim Nationum illarum quæ Syriam, & reliquas finitimas prouincias incolunt, hoc eſt ipſamet Primordia Chriſtianæ Religionis quæ inter Syros florere cæpit prout habetur Actorum cap. 2. vbi legitur primos Chriſti cultores dictos fuiſſe Chriſtianos in Ciuitate Antiochiæ, quæ fuit Syris, olim Metropolis, vt veteres cum recentioribus teſtantur Geographi. Cum igitur in Oriente commorarer aliqua ibi, atque alia in Occidente in eorum libris attentè adnotaui, diuerſitatem in Religione, ac diſſidia

pre-

presertim in ea parte quę ad Incarnationem Diuini Verbi spe-ctāt accuratè obseruaui; Ecclesiam Romanam iniurijs labefactatam, & ab omnibus aperto ore (si Maronitarum Nationem excipias) damnatam perlegi vt pote eorum placitis, & erroribus aduersantem. Ex horum tamen librorum lectione multa proficua pro Catholica Religione contra Protestantes, cæterosque huius temporis Occidentales hæreticos sedulo collegi, quæ maximi facienda existimaui, dum ex ipsomet ore aduersariorum Ecclesię Romanæ proferuntur, qui non tantùm verbis, sed viuendi quoque

in-

instituto, fidei mysteria, scripturas, & sacramenta, eandem denique, paucis exceptis, cum Romana Ecclesia, Religionem, & fidem ab Apostolorum ęuo ad hæc vsque tempora seruant illibatam.

Quia vero Paulus Apostolus horrendam illam vitiorum colluuiem, quæ gentium sapientes, & indoctum etiam vulgus obruerat, haud alia ex re, quàm ex impietate veræque Religionis adulteratione deriuatam insinuat, vti legitur c. 1. ad Rom. *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Hinc igitur Christia-

ſtiane lector hæc tibi legenda, obſeruanda, & preſſiùs diligenter examinanda, atque reuoluenda propono, & abſit vt in hac re nihil aliud tradam, quam id, quod fideliter reperi in Orientalium Chaldæorum monumentis, in quorum locis citandis nihil variatum inuenies, omnemq; laborem, omne ſtudium, omnem operam, atq; diligentiam non aliter adhibui, quam vt Tibi his authoritatibus prodeſſem, vtque Chriſtianæ Religionis amor ſi aliter, quod abſit, ſentias, in animo tuo reuiuiſcat, & orthodoxa fides à falſa dignoſcatur perſuaſione; parum namque prodeſſe videtur

tur

tur veræ fidei conſecutio niſi eadem poſtea à falſis dogmatibus inuiolata ſeruetur.

Et cum ea quæ obſeruaui valdè conferant ad oppugnanda Nouatorum commenta, & veritatem Catholicam ab eorum telis reddant immunem, fidei Catholicæ EVOPLIAM *egregiam* ſcilicet *Armaturam* hoc opus inſcribendum duxi, cuius Armaturæ conſtructioni cauſam potiſſimam ipſi Proteſtantes præbuere, eorum aſſiduæ ſciſcitationes, eorumdem ex Germania, Gallia, Anglia, alijſque Europæ partibus frequentiſſimæ epiſtolæ, quibus enixè rogabant, quid verè ſenti-

ti-

tirent Christiani Orientales de præcipuis Fidei Romnæ dogmatibus, quid de Transubstantiatione, quid de Confessione auriculari, quid de Primatu Romani Pontificis, compulerunt tandem, quæ ex vetustissimis Syrorum monumentis, vt dixi, paulatim in facto collegeram, ad eradicandos eorum errores in lucem proferre, vt illis manifestius pateat Fidei Catholicę Romanæ firmissima veritas, quæ nil nouitatis sapit, nil adinuentionis, dum constantissimè inhæret vetustissimis Apostolorum vestigijs, ac primæuis vniuersalis Ecclesiæ sanctionibus, & documentis.

Quis

Quis enim tot gentium, tot populorum variarum religionum, professionum, morum, ac institutorum, ac in pluribus inter se pugnantium consensum, & concursum cælitus demissum, & diuinitus mortalium mentibus infusum, atque illapsum non fatebitur? aut quis poterit opinari Nationes huiusmodi, ac populos concurrere posse ad aliquod falsum effingendum, & comminiscendum vnde damni, & incommodi plurimum, emolumenti verò nihil sentiant? nec sane quisquam in dedecus suum mentitur, sed potius in honorem, vt asserit Tertullianus. Hoc argu-

gumentum vniformitatis variorum populorum in vnam rem plurimi facit, & inculcat inter cæteros Mahometanos Author epiſtolæ *de Collatione trium Prophetarum* inſcriptæ; Moyſis ſcilicet Chriſti, & Mahometis, cuius præter nonnulla exemplaria quæ extant in Oriēte vnum extat Pariſijs in Bibliotheca D. Gilberti Gaulmini ita ergo ſcribit relatus Author:

امّا الدعوه الاولى فقد ثبتت في
التواتر وهو اخبار طوايف كثيره
يستحيل اتفاقهم على الكذب :

At Vocatio prima (hoc eſt ad fidem) confirmatur traditionibus quæ ſunt narrationes pluri-

marum gentium, quarum consensus in mendacium impossibilis est. Cuiusmodi est consensus Christianorum , & Iudæorum de sacrarum Scripturarum veritate, etenim fieri nequit vt hæ duæ Nationes conueniant, & concurrant ad comminiscendum aliquod commune mendacium.

Cordatus ergò nemò, & sanæ mentis sibi facile persuadebit Nestorianos, Dioscoritas, Iacobitas, aliasque Orientales Nationes, ac sectas conuenire posse ad astruendũ , asserendumq; id, quod asserit aduersus Occidentis hæreses Romana Ecclesia, cuius vel ob condemnatos

tos errores, & dogmata reprobata, vel alijs de causis, vt infrà suo loco ostendemus sunt illi hostes infensissimi, nec leuiores inter sese exercent isti inimicitias; Quoties igitur has omnes Nationes vno ore in his conuenire videbimus non humanum illud inuentum arbitremur, sed diuinitus mortalium illapsum animis, & cogente cælitus veritate prolatum; nam vbi nullus assentandi locus nulla commodi alicuius assequendi spes affulget, nullus glorię captandæ aditus quid cogit hostes, & impellit ad æmuli dogmata confirmanda, nisi omnium fortissima Veritas? hunc populorum con-

ſenſum inſtar legis imo Oraculi diuini eſſe habendum plurimis inculcat Iacobus Arminius primariæ Claſſis inter Reformatos Author diſput. priuat. Theſ. 13. de obiecto Chriſtianæ Religionis numero 14. hiſce verbis. *Accedit denique perpetuus, & vniuerſalis omnium populorum conſenſus qui inſtar legis, imò oraculi diuini habendus eſt.* Et Orat. 3. de certitudine Sacroſanctæ Theol. ſubdit. *Neque miracula quæ gentilium, & Iudæorum teſtimonia habent manifeſtæ impudentiæ eſt, & execrandi ſtuporis.* Quo magis ergo manifeſtæ impudentiæ, & execrandi ſtuporis erit negare

con-

consensum omnium ferè christianarum Orientis Nationum. Quoties itaq; saltem tibi Arminiane probatus fuerit is consensus, & manus non dederis, tu te descripsisti, & condemnasti manifestæ impudentiæ, & execrandi stuporis; legisque, ac diuini Oraculi, quod agnoscis in hoc consensu contemptor es censendus. Nollem enim dicere cum Paulo ad Titum cap. 3. *Hæreticum hominem post vnã, & alteram correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus.* & 2. ad Timoth. 3. *Mali homines, & seductores proficiet*

in peius errantes; & in errorem mittentes.

Decimum itaque,& ſeptimũ iam ſæculum voluitur, ex quo reprobata à Nouatoribus dogmata in Syria , Meſopotamia, Chaldæa, Arabia, & Malabarico regno; in Ægypto, & Ætyopia, vt Nationes quæ græcum ritum, & nomen obtinent pretermittam ; inter tot perſecutionum fluctus ; inter tot magnorum ingeniorũ impugnationes,inter tot hæreſes,& ſchiſmata ; & portentoſa partium diſſidia, integra, & incorrupta ſeruantur; vigent adhuc in Oriente Traditiones Apoſtolicæ, & Patrum fides, Sacramentorũ

nu-

numerus, Scripturæ prima maiestas, & authoritas Verbi Dei iuxta traditionem Ecclesiasticam, interpretatio Canonum, Synodorum; Patrum cultus intemeratus, Liturgiæ; Ordines, & ordinum officia, in varios distributa ministros, tota denique fidei Christianæ religio adhuc stat, Tracica licet Barbaries publicam rem in terram afflixerit, & beatissimas quondam hominum Nationes luctuosissima prostrauerit calamitate.

Atque notatam populorum Orientalium consensionem antiquissimam esse, & Apostolicę prædicationi coæuam non admittet ille fortasse, qui in meri-

diana luce facem quærit; cuius enim patentius censebitur ille fætus nisi filiorum pacis, & euāgelizantium pacem; Non illam certe nobis peperere lucem, Arius, aut Nestorius tenebrarum, & perditionis filij: neque fædera hæc sanciuere Dioscorus, aut Iacobus Baradæus cum Symmistis, qui catholicę Ecclesiæ pastorum corpora dilaniarunt, & viscera insana, & portentosa feritate deuorarunt. Neque solis catholicis infestæ sunt istæ Nationes, sed vt supra notaui ipsę inter se adeo inueteratum, adeò lætale exercent odium, vt aliquando in rabiem exarserit truculentissimam, &

pro-

productis in aciem cohortibus pro ſua quiſque perſuaſione pugnauerit. Cum ergo ſectarum authoribus, & his antiquiſſimis vetuſtior ſit laudata Orientaliũ conſenſio, quis non illam fatebitur Apoſtolica Petri, Pauli, Iacobi, Iohannis, & Sociorum prędicatione procreatam, Ignatij, Policarpi, Gregorij Taumaturgi miraculis nutritam, tot Myriadum ſanctorum Martyrum ſanguine adultam in hac vltima calamitate diuina miſeratione, & inexpugnabili veritatis vi eſſe ſeruatam, vt in rem cadat noſtram illud Lyrinenſis Chriſtianam Religionem annis conſolidatam, tempore dilata-

tam,

tam, ætate ſublimatam, ſemper, & vbique perſeueraſſe.

Quæ cũ ita ſint mirari non deſino horũ pſeudo prophetarũ inconſtantiam, & volubilitatem. Centeſimus, & quinquageſimus circiter iã añus peragitur ex quo iſti noui diſpenſatores in eam inuaſerunt poſſeſſionẽ, religionem dico chriſtianam, & iam vix reliquias eius, quod à nobis accepere, depoſiti tuentur. Sic prophanata, ſic conculcata iacent omnia, dum per loca, per tempora, & principum ditiones fidei profeſſiones variantur, & nouis ad veterem perſuaſionem proficit error incrementis in extremam Religio-

gio-

gionis, & diuini cultus obliuionem erupturus. Dum enim animus in eo quod summum est, & in quo vitæ, & fęlicitatis quasi cardo consistit nullum certum modum, nullum finem, nullum inuenit exitum, ac pro tuto portu, vbi consistere debuit in maiores æstus, & maiora naufragia sese deferri videt, & in scopulos semper transuersum agi, hæret, deque extrema calamitate deliberare incipit, de fidei nempe totius abnegatione, & Atheismo.

De vniuersali hoc Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis in aliquibus catholicæ fidei dogmatibus consensu nõnulli scri-

pse-

pſere, nempe *Antonius Monhiacenus* in lib. de ſacr. Miſſæ oſtendit huius ſacrificij continuum in vniuerſo orbe vſum à Chriſto Domino, vſque ad hæc tempora obſeruatum. *Petrus Arcudius* exhibet Græcorum concordiam cum Eccleſia Occidentali in ſeptem Sacramentis. *Abrahamus Ecchellenſis* textibus ſyriacis, & arabicis aliqua delibauit de Sacramentis Euchariſtiæ, ac Penitentiæ in notis ad cathalogum Hebedieſu, *Leo Allatius* varia profert Græcorũ dogmata Latinis omninò conformia. Horum ego ſcriptorum ſecutus conſilium vnanimem meorum ſyrorum

cum

cum Ecceclesia Romana consẽ-
ſum in præcipuis fidei noſtræ dogmatibus exhibere ſum conatus, licet ad hanc ſubeundam prouinciam, nec ingenio, neç ea eruditione præditus ſim qualem in laudatis viris non ſemel fortaſſe ſuſpexeris præſertim in almà Vrbe, vbi etſi multa ex celeberrimis Bibliothecis mihi ſuppetant, pauciora tamen quã quæ mihi fortaſſe, tibi quoque ſint factura ſatis, quamuis & hunc defectum quoquo modo compenſare ſtuduerim ampla textuum Chaldæorum ſuppellectile, quam ſecum ex Oriente nuperrime detulit R. D. Petrus Benedictus vir eruditiſſimus,

mus, & antiquitatis, tum Oriētalis cum Occidentalis Ecclesię indagator accerrimus, qui vt hoc Opus in lucem ederem etiã persuasit, suis quoque Orientalibus profuturum. Breuitati studui quã maxime, ab alijs quęstionibus declinaui, quęstionum de Facto tantummodo contentus, ne lectorum meorum studium longa disputatione fatigarem. Stylum doctis, & indoctis accomodatum adhibui legentium vtilitati potius, quã voluptati consulturus. Hoc vnum postquam hanc legeris tractationē tibi Lector heterodoxe attenta consideratione expendendum suggero, nempe, quod

quod ad illud grande, & vnicũ ſalutis animæ negotium magis conducat paucorum ne hominum ſequi doctrinam, nouiſſimum huius ſæculi fœtum? an potius tutiſſimam fidẽ tot Nationum conſenſu roboratam, tot annorum vetuſtate venerabilem, tot Sanctorum virorum authoritate firmatam conſectari? Nos autem ortodoxi permaneamus iuxta Pauli conſiliũ in ſupracitat. ep. in his quæ didicimus,& quæ credita ſunt nobis ſcientes, quod à Patribus nõ minori vitæ ſanctimonia,quam eruditione præſtantibus ea didicerimus, & Scripturarum interpretationes non iuxta per-

uersitatem sensuum ab Innouatoribus introductas, sed quas illi sanctè fideliterque nobis reliquerunt totis præcordijs amplectamur, alioquin quotquot retro fuerint orthodoxi Patres errasse necesse est, atque vniuersam prorsus Ecclesiam, quã tamen Apostolus 1. ad Timoth. 3. *Firmamentum, & columnam veritatis* appellat, vtpotè quæ spiritum Sanctum perpetuum habeat institutorem.

EVO-

EVOPLIA

FIDEI CATHOLICAE ROMANAE.

HISTORICO-DOGMATICA

PARS PRIMA.

De Christianis Orientalibus.

EA est singularis, ac præcipua Ecclesiæ Dei prærogatiua, vt sua etiam gaudeat vnitate, quamuis Populi, ac Nationes varijs ritibus, linguis ac cœremonijs idem Numé agnoscant, profiteantur, & colant. Ecclesia etenim Orientalis, & Occidentalis quæ est vna, quia ex vno Saluatoris effosso latere profluxit, licet Ritu, & Ministro differant, vnicum tamen fidei adorant obie- 1.

Ecclesia Orientalis, & Occidentalis est vna, licet Ritibus & Cœremonijs differant.

De Nestorianis.

ctum; qua vnitate, ac varietate aucto Sponsæ nitore accommodè canit Propheta: *Astitit Regina à dextris tuis in Vestitu deaurato circumdata varietate*.

Quis igitur hanc Rituum, ac Cæremoniarum diuersitatem in Ecclesia, Dei Sponsa,& viuo perfectionis ejus speculo audebit virulento afflatu deturpare? quæ vnam, quam ab incunabulis amplexa est, profitetur fidem, prout hucusque eundem Sacramentorum vsum, eadem Catholicæ fidei dogmata Orientalis Ecclesia, cum Occidentali vnanimi consensu in ipsa varietate cum laude retinuit.

Quoniam verò Authoritates, de quibus hic sermo erit, desumendæ sunt ex Scriptoribus Orientalium Nationum quarum nonnullæ, quamuis primis temporibus, sanctis moribus, & institutis instructæ, egregios in Christiana perfectione progressus fecerint, successu temporum, (quæ est rerum humanarum vicissitudo, ac inconstantia) ob exortas hæreses, & schismata ab vniuersali Ecclesiæ corpore eædem fuerint diuulsæ, abs re non erit differere de ijsdem,

dem, deque origine earum schismatis, earumq; dogmatibus, in quibus aut consentiunt, aut dissentiunt tam inter se, quàm cum Ecclesia Romana, vt his cognitis faciliús agnoscatur nationis cuiusque iudicium, ac sententia, in hac quam præ manibus habemus, dissertatione.

Quatuor itaque sunt Christianorum Orientaliũ Nationes, Nestoriani videlicet, Monophysitæ, Melchitæ, & Maronitæ, quarum tres primæ sunt hæreseos labe infectæ, & quarta Maronitarum à recto fidei Catholicæ tramite nunquam desciuit.

CAP. I. De Nestorianis.

Nestoriani suæ hæreseos Originem ducunt á Nestorio Constantinopolitano Episcopo, sicut & nomen. Nuncupantur quoque Chaldæi quòd Chaldæam incolunt & Chaldaica vtuntur lingua, Horum heresim præter Ioannem Maronem Iahia Benadi, Paulum Monachum, Eutychium Alexandrinum, & alios plures Orientales Scriptores paucis perstringit Dauid Archiepiscopus in lib Syr. Const. Eccles. Capite primo de Fide his verbis

فامّا الفرقـــة النسطوريـــه فهي نصاري المشرق فان

 اعتقادها

De Nestorianis.

اعتقادها في الاتحاد ببقاء الجوهرين على طبايعهما
والاقنومين على حالهما . وقالت ان المسيح جوهرين
واقنومين ومشيئتين الاه تام بجوهره واقنومه ومشيته
وانسان تام بجوهره واقنومه ومشيته .

Ideſt *Secta Neſtoriana, quæ eſt Chriſtianorum Orientalium, profitetur in vnione remanſiſſe duas ſubſtantias ſecundùm earum naturas, & duas perſonas ſecundùm earum ſtatum, ſiue conditionem, & aſſerit Chriſtum habere, duas ſubſtantias, duas perſonas, & duas voluntates, & eſſe Deum perfectum in ſua ſubſtantia, & perſona, & voluntate, & hominem perfectum in ſua ſubſtantia, perſona, & voluntate.* His conſona de Neſtorij hæreſi tradunt Concilia, præſertim Epheſinum, ac Epheſino Suppares Scriptores omnes, qui referunt hunc temporibus Theodoſij Iunioris, & Cœleſtini Papæ docuiſſe purum hominem ex Virgine natum eſſe, aliamque Verbi eſſe perſonam, aliamque hominis, nec vnum Chriſtum eſſe in verbo Dei, & carne, ſed ſeparatim, atque ſeiunctìm, alterum filium Dei, alterum filium hominis; Verbi verò vnionem

cum

cum homine eſſe dumtaxat ſecundùm amorem, honorem, gratiam, dignitatem, poteſtatem, authoritatemque aſſerebat, proindeque Mariam, Chriſti, non Dei matrem eſſe deſipiebat; ex quo factum eſt, vt iure meritò Patrum omnium ſuffragio nouus Iudæus dictus, & iudicatus ſit, & Anathematis mucrone in tertio generali Concilio Epheſino percuſſus.

2. *An Neſtoriani receſſerint aliquando à priori ſententia Neſtorij.*

Eutychius Patriarcha Alexandrinus Melchita qui floruit Hægir. 300. ſcilicet circa annum Domini 874. aſſerit in ſuo Chronico, Neſtorianos ſuo tempore iam deſeruiſſe Neſtorij ſententiam & opinionem hæc ſunt verba

النساطرة فى زماننا هدا قد خالفوا قول نسطور الاول

Neſtoriani noſtro hoc tempore iam diſſenſerunt à priori ſententia Neſtorij, huius diſſentionis cauſam reddit Author Martirologij Ægyptij ſub die menſis Tut, agens de celebratione Concilij Epheſini, hiſce verbis *Si autem dicetur, quod Neſtoriani hodie non dicunt hoc* (ideſt quod dicebat olim Neſtorius) *dicimus id prouenire ex commercio, quod habent cum Iacobitis O-*

De Nestorianis. *rientis*. At verò cum Nestorio adhuc Nestorianos sentire, licèt diuersa aliquando vtantur verborum formula, colligitur ex Ioanne Barzuhbi tractatu de Verbo, & ex Comment. Iesuhdad in Pentateuchum & luculentius ex eorum Catechesi & confirmatur ex Elia Nisibensi Episcopo Nestoriano & Eutychio Iuniore, floruit hic anno Heg. 417. Euthychius verò Heg. 300. Is ergo in libello disceptatiònum ad Abilhalam Sahedum quas habuit cum Aluezìro Abilcasemo Sessione secunda de Vnione ita loquitur

3. *Adducuntur Testimonia pro parte negatiua.*

قلت ان حلول الباری سبحانه فی البشری لم یکن
حلول العرض فی الجوهر لانه لیس بعرض ولا حلول
الجسم فی الجسم لانه لیس بجسم ولا یحل الجوهر كله على
الكمال ولا بعضه لانه لیس ینحصر فی مكان دون
مكان ولا یتجزّا ولا یتبعض فیحصل بعضه فی مكان
وبعضه فی مكان اخر لكن حلوله تبارك وتعالى
حلول الوقار والرضا والمشیه لا حلول الذات والجوهر

Dico inhabitationem Creatoris laudabilis in humanitate, non esse inhabitationem Accidentis in substantia, quoniam non est Accidens, Neque inhabitationem corporis in corpore,

pore, quoniam non est corpus, neque inhabitauit substantia, secundùm totum suum complementum neque pars eius, quoniam non coarctatur in hoc loco, quam in alio, neque partitur, neque diuiditur, vt eius aliqua pars sit in aliquo loco, & alia pars in alio loco, verùm inhabitatio eius, (cui benedictio & exaltatio) est inhabitatio honoris, complacentiæ, & voluntatis, non autem essentiæ & substantiæ. Hæc verba Eliæ sunt ipsissima Nestorij sententia.

Abubecrus Habbasides author Mahometanus Eutychio quoquè Alexandrino Iunior, quemque sæpiùs citat par. 2. suarum disceptationum aduersùs Christianos impugnans Nestorianorum sententiam de Incarnatione Christi eamdem illis tribuit sententiam, atque fuit olim Nestorij asserens

وكان نسطور يقول ان مريم العذرى ليست والدة اله
على الحقيقه ولذلك كان اثنان احدهما الذى هو
اله مولود من الاب والاخر الذى هو انسان مولود من
مريم وان هذا الانسان الذى يقول انه مسيح بالمحبه
متوحد مع ابن الاه ويقال له الاه وابن اله ليس
بالحقيقه ولكن بالموهبه واتفاق الاسمين شبهًا

 باحد

De Neſtorianis.

باحد الانبيا وهذا اعتقاد النساطرة .

Dicebat autem Neſtorius Mariam Virginem non eſſe Dei Genitricem, ſecundùm veritatem, propterea erant duo, vnus Deus genitus ex Patre & alius Homo genitus ex Maria. Hic autem Homo, quem vocabat Chriſtum, ſecùndùm Amorem, eſt vnitus cum filio Dei, & dicitur Deus, & filius Dei, non ſecundùm veritatem, ſed ſecundùm donum & conſentionem vtriuſque nominis (hoc eſt communicationem Idiomatum) *& honorem inſtar vnius Prophetarum. Et hæc eſt profeſſio Neſtorianorum*, hæc ait Præfatus Author: Quod autem diuidant & ſeparent adhuc Neſtoriani inter verbum diuinum, & aſſumptum Hominem, vt loquuntur, claré quoquè patet ex dictis Eliæ Niſibenſis reſpondentis Alueziro obycienti ex Symbolo Nyceno quod humanitati Chriſti tribuant Chriſtiani diuinitaté, & diuina attributa in Seſſ. 1. ſuarum Diſceptation. vbi ſic

الذى نريده بقولنا الرب فى هذا الموضع هو الكلمة
الازليه والذى نريده بقولنا ايسوع لاجل الاتحاد
والذى نريده بقولنا المسيح هو المعاين معًا فلا الربه
ماهنا

هاهنا هو ايسوع ولا ايسوع هو الرب لان الرب الذى
هو الكلمة ازلى خالق وايسوع زمانى محدث

Quod intendimus, dum dicimus Dominum hoc in loco est Verbum æternum; quod vero intendimus, dum dicimus Iesum, est propter vnionem. Et quod intendimus, dum dicimus Christum, est quod conspicitur simul, nam neque Dominus, hic est Iesus, neque Iesus est Dominus, quia Dominus qui est Verbum, est æternus Creator, Iesus verò temporalis creatus.

Notandum hic tamen est, quod licet Nestoriani fateantur in Christo Domino duas substantias, & duo supposita sæpe tamen in eorum monumentis predicant de Christo ܚܕ ܦܪܨܘܦܐ hoc est 4. *Notatur fallacia Nestorianorum in loquutione.*
vnam personam. Sed aduertendũ est tunc nomine Christi intelligere solum purum hominẽ & humanam personam dum separatio inest, vt ipsi loquuntur inter verbum Dei, & Hominẽ assumptũ. Aliquando vero vtrique tribuunt ܚܕ ܦܪܨܘܦܐ *Hhad farsufo* idest *vnam personam*, sed tunc nomine personæ intelligũt extrinsecam

De Nesto-rianis. ſecam & apparentem figuram, ac præſertim vultum, ſeu faciem. Quare licet nobiſcum ſentire videantur, diſſentiunt tamen, vt aduertit D. Cyrillus in Epiſtola ad Succeſſum Epiſcopum, notãs præſertim Neſtorianos, vti legitur apud Ioannem Maronem in tract de Triſagio

ܒܣܘܓܐܐ ܐܪ̈ܛܝܩܐ ܡܡܠܠܝܢ ܐܝܟܘܬܢ
ܒܪܡ ܢܝܫܐ ܕܬܪܥܝܬܗܘܢ ܠܘܬ ܛܘܥܝܝ ܚܐܪ

In multis hæretici loquuntur, vt nos, at ſcopus eorum mentis, ſeu conſilij ad decipiendum reſpicit. Ex hoc modo loquendi Neſtorianorum, quo nobiſcum ſentire videntur, deceptus forſan Eutychius, aſſeruit Neſtorianos ſuo tempore Neſtorij ſententiam, & opinionem deſeruiſſe; quam re vera tenaciter vſque adhuc retinent.

5. *Neſtoriani nõ rectè ſentiunt de Proceſſione Spiritus Sancti.* Præter errores, quos de Neſtorianis recenſuimus, non rectè ſenſerunt de proceſſione Spiritus Sancti, negantes ipsũ procedere à Patre, & Filio, quod colligitur ex Actione 6. Concilij Epheſini, in qua recitato à Neſtorianis Symbolo fidei deprauato Chariſij Oeconomi, & Eccleſiæ Philadelphienſis Præsbyteri,

fuit ab illis Patribus damnatum, in quo inter alia, hæc de Spiritui Sancto legebantur. *Sed nec Filium putamus, nec per Filium substantiam sortitum*. Et in eodem Concilio habetur, Symbolum illud damnatum fuisse, eo quod scelerata, & peruersa Nestorij dogmata, quæ & subnexa sunt, contineat, de qua re etiam in Concilio Florentino fuit acriter disputatum, in quo diligenter fuit hoc punctum examinatum.

Huius tamen erroris, quamuis inter Nestorianos fuerit communis, ex Ecclesiastica historia haudquaquam apparet primarium Authorem fuisse Nestorium, sed potius Theodoretum Cyri Episcopum, qui Nestorij errores fulcire videbatur. Hic enim vnà cum Ioanne Patriarcha Antiochiæ, Paulo Emesseno alijsque Orientalibus Episcopis, conuocato Ephesi Conciliabulo, aduersus illud Sancti Cyrilli, persuadentibus Patriarcha, & Nestorio eius familiari, qui tunc Antiochiæ degebat, confutationes composuit celebrium Anathematismorum S. Cyrilli, quæ postea à quinta Generali Synodo damnatæ fuerunt, vbi in con-

6. Primarius Author huius erroris inter Nestorianos fuit potius Theodoretus Episcopus Cyri, quam Nestorius.

De Nestorianis. confutatione noni Anathematiſmi apertè negat Spiritum Sanctum à Filio procedere, his verbis. *Si vero* (loquitur de Spiritu Sancto) *tamquam ex Filio, aut per Filium existentiam habet, hoc vt blasphemum, & impium reijciemus, credimus enim Domino dicenti, Spiritus qui ex Patre procedit.*

7. *Quomodo Nestorianorũ hæresis inuecta sit in Mesopotamiam, & vsque ad vltimos Asiæ fines.*

Nestorianorum hæreſim iam ferè in Oriente poſt obitum Neſtorij obliteratam, ait Eutychius Alexandrinus tom. 2. Annal. ſuſcitatam fuiſſe à Barſauma Metropolita Niſibenſi, ſub Iuſtiniano Romanorum Imperatore, vnde factum eſt quod multi eſſent Neſtoriani in Oriente, ac præcipuè apud Perſas, & Chaldæos, & circa Euphratem, & in Meſopotamia. Anaſtaſius vero Synaita Eutychio Alexandrino antiquior ait, hæreſim hanc inuectam fuiſſe in Meſopotamiam ab ipſomet Neſtorio, dum à Theodoſio Imperatore de Conſtantinopolitana Sede expulſus fuit, & in Exilium relegatus, ait enim iſte author de Neſtorio in ὁδηγῷ caput 4. *in Meſopotamiam euaſiſſe, venenum ſuum ac lutum itidem conſeuiſſe, vnde velut è Canali quodam Orientem*

tem omnem maximè infecit conspurgauitque, cuius error vſque ad Indos, & *Sinas*, diffuſus eſt, quo Tartaria, & magna Indiæ Orientalis pars infecta eſt, vt ait Iacobns Vitriacc: lib. 1. Hiſt. Hieroſol. cap. 76. & præſertim antiquum, vt vulgò dicitur *Presbyteri Ioannis* imperium, quod in vaſtis Cathaiæ regionibus, vſque ad Boreales Chinæ partes protrahebatur, imo ipſemet Imperator, qui cum Chriſtianam Religionem amplexus fuiſſet, vt opinatur Ioſephus Scaliger, à Perſis, quorum è regione primùm ad nos illius cognitio deriuata eſt, dictus fuit lingua Perſica *Presthegan*, hoc eſt *Apoſtolicus*, eo quod hoc Religioſo Epitheto ſeſe inſigniret, ex quo factum, eſt quod ille Imperator corrupto Perſico vocabulo ab Occidentalibus *Pretegianni*, ſeu, *Presbyter Ioannes* cõmuniter fuerit nuncupatus, cuius Imperium à Tartaris Changio Duce Anno 1187. occupatum hoc nomen *Presbyteri Ioannis* ab hiſtoricis poſtea ex Aſia in Africam ad Chriſtianum Regem Abyſſinorum tráſlatum eſt. Primi enim qui Proauorũ noſtrorum memoria per Oceanum Atlanticum in In-

8\. *Eadem hæreſi inficitur Antiqui Præsbyteri Iobãnis Imperiũ.*

9\. *Imperium Præsbyteri Iohannis à Tartaris occupatum, quomodo ab hiſtoricis illud nomen tranſlatum ſit ex Aſia ad Regem Abyſſinorum.*

De Nestorianis. Indiam Orientalem superato *bonæ spei* promontorio penetrarunt, indeque reflectentes cum Æthiopibus commercia habuerunt, animaduertentes Abyssinos eorumque Regem religionem Christianam profiteri, statim nulla alia inquisitione facta, Regem illum crediderunt eundem esse, quem antiquioris sæculi fama sub nomine Presbyteri Ioannis per vniuersam Europam vulgauerat; & quidquid strenui illi nauigatores crediderunt, & retulerunt, sic passim ab historicis acceptum, & vulgatum est, ac præsertim à Damiano Goez Lusit. qui in Tract. de moribus Æthyopum Christianorũ, primus Author est, qui Abyssinorũ Regem vocat *Presbyterum Ioannem*, quẽ secuti sunt Aloysius Cadamustus, Ludouicus Rom. Patritius, Aluarez in legat. Æthyopica, Maphæus hist. Indic. lib. 1. Genebrardus in Chronic. an. 1513. & 1566. & alij, vti notat Morinus in Præfatione ad Sacram Nestorianorum Ordinationem.

10. *Mille circiter ab hinc annis Chri-* Iam mille ab hinc annis Christianam religionem in Sinas peruenisse testatur lapis inuentus in China, paucis ab

ab hinc annis, quã Patres Soc. Iesu in Sinam appellerent, in quo præcipua fidei nostræ mysteria lingua Chaldaica, seu Syriaca, Characteribus qui *Estranghelo* dicuntur, erant conscripta, quorum interpretatio exhibetur à Kircherio in Prodr. Cap. 3. vbi legitur in libris Regum Sinarum haberi fidem nostram ad Sinas peruenisse anno 636. lapis autem ille erectus & insculptus fuit anno 782. hoc est 146. annis post legis ibidem prædicationem, qua ingens conuersio ad fidem facta est, Ecclesiæ ædificatæ, Episcopi constituti, Reges qui tunc temporis vixerunt, numerantur octo, quorum nomina lapis ille exprimit, qui Christianis fauebant, subduntque Prædicatores, qui ibi appulerunt, fuisse ex Palestina, alijsque vicinis locis.

stiana Religio in Sinas inuecta est.

II. *Qui fuerint harum expeditionum primi Operarij.*

Sed tam eximiarum in vltimos Asiæ fines expeditionum operarios præter Syros fuisse etiam Ægyptios Coptitas, Æthiopesque abundè declarant nomina Patria in marginibus lapidis suprà memorati Syriaco Charactere insculpta, in quibus leguntur varia nomina Æthyopum, & Ægyptiorum, à quibus antiquitùs

ob

De Nestorianis. ob facilem ex Ægypto transitum per sinum Arabicum, & mare Eritræum in Indiam, tam Persæ, quàm Indorum Bragmanes, vti & cæteri Asiæ sapientes, non solum omnem philosophandi rationem, omnes circa Deorum cultum, ritum, & cœremonias ab Ægyptijs acceperunt, teste Philostrato in vita Apollonij, verùm etiam ab ijsdem, Indorum Populi edocti Christianæ religionis semina susceperunt, videlicet à Sancto *Frumentio*, qui ibi primum captiuus, deinde Episcopus à Sancto Athanasio ordinatus Euangeliũ ibidem propagauit, quod refert Socrates, & notatur in Martyrologio Rom. die 27. Octobris.

Vtitur gens illa in sacris conficiendis, & in diuinis Scripturis lingua Chaldaica, seu Syriaca, vt ait Iacobus Vitrac. lib. 1. hist. Hierosol. cap. 76. & confirmatur à Paulo Codigno à Kircherio citato in Prodromo Copto Cap. 4. vbi loquens de regnis Cananganor Colon, Cochin, & de alijs circùm circà regionibus asserit *eos in hunc diem aliam doctrinalem præter Syriacam linguam nescire, hac enim omnia monumenta, omnes sacros, &*

Eccle-

Eccleſiaſticos Codices conſcriptos tenere, omneſque denique litteratos ſacris potiſſimum initiandos, ad hanc non ſecus, ac apud nos, ad latinam addiſcendam teneri. Quam linguam in Indiam inuectam fuiſſe vnà cum Chriſtiana religione à Prædicatoribus, qui venerant ex Paleſtina, teſtantur vetuſtiſſima Indorum monumenta ſuperius allata, quin imó, vt probabilis fert opinio, ab eodem ſancto Frumentio: quod ex varijs colligitur authoribus, ac præſertim à Sozomeno lib. 2. caput 14. vbi loquens de S. Frumentio ait, eum, cum eſſet adhuc Iuuenis, adductum fuiſſe in Indiã à Metropio Philoſopho Syro ex Phænicia, cui erat Frumentius genere coniunctus, quæ Vrbs cũm ſita ſit in Syria ad Paleſtinæ, & Phæniciæ confinia non niſi Syriacè loquebatur.

12. *De Patriarchis, Metropolitis, & Epiſcopis Neſtorianorum.*

Neſtorianorum numerum, ac præſertim versùs Septentrionalé Meſopotamiæ partem, ad tria centena millia excedere teſtatur P. Vincentius à S. Maria in Itinerario Indiæ Orientalis lib. 1. Cap. 24. Sunt hi ſub duorum Patriarcharum Iuriſdictione, quorum electio ad Metropolitas, Epiſcopos, & Clerum ante-

De Neſtorianis.

actis temporibus pertinebat, modo autẽ hæc dignitas ſucceſſiuè remanet in familijs, quorum primus Babiloniæ reſidebat, at poſt antiquiſſimæ illius Vrbis deſtructionem moratur in præſenti in Monaſterio ſub Inuocatione S. Hermetis Perſæ prope *Quſc*, vbi natus eſt *Nahum* Prophæta, quod parum diſtat ab Vrbe *Mauſal* ad Occidentem Tigris, non procul à Niniue, cuius Ciuitatis extant antiqua rudera ad Orientem eiuſdem Fluminis; Hic Patriarcha *Eliæ* nomen ſibi aſſumit, vnà cum *Patriarchæ Orientis* titulo, habet ſub ſe quatuor Metropolitas, videlicet *Sciras* in Perſide vocatam à Chaldæis *Ailam*, *Niſibin*, *Baſſoram*, & *Mauſal*, ſeu Chaldaicè ܐܬܘܪ *Aturs* ſub quibus varij numerantur Epiſcopi. Eius authoritas per Chaldæam, Babiloniam, Aſſyriam, Meſopotamiam Parthiam, Mediam, & Cathaio, & vſque ad IndiamOrientalem extenditur, cui ſubditi erant Chriſtiani illi, qui à S. Thoma Apoſtolo Thomæi nuncupabantur, in qua citrà centena, & quinquaginta millia Chriſtianorum numerantur. Alter Patriarcha reſidet *Ormi* in mon-

tanis

tanis Persiæ ad Armeniæ maioris confinia, sub huius Iurisdictione tres extant Metropolitæ præter viginti alios Episcopos, & *Simonis* nomen sibi assumit, qui Patriarcha *Chaldæorum* nuncupatur, cuius Authoritas per Assyriam tantùm extenditur; Vnus ex his *Simon Sulaca* vocitatus, cum Romam aduenisset in Pontificatu Iulij tertij abiurata hæresi Nestoriana ad vnionem Ecclesiæ Catholicæ reuersus est, cuius exemplum, vt aiunt Iacobus Nauarchius in Epistola Asiatica, & Leonardus Abel Archiepiscopus Sidoniensis, non nulli alij eiusdem Sectæ Patriarchæ sequuti sunt, & nuperrimè sub Pontificatu Innocentij Papæ XI. cum opera nonnullorum Episcoporum eiusdem nationis, ac Missionariorum Apostolicorum, non pauci in Mesopotamia inuenirentur Catholici, idem summus Pontifex constituit illis nouum Patriarcham Catholicum, qui in præsenti residet in Ciuitate *Amediensi* ad Tigrim vulgò à Turcis *Caramit*, seu *Diarbechir* vocitata.

Obseruant Nestoriani tamquam diē festum omnes ferias sextas à Natiuitate

De Nestorianis.

13. *De Festiuitatibus Sanctorum, nec nō Hæresiarcarum quæ à Nestorianis celebrantur in omnibus sextis ferijs à Natiuitate Domini vsq; ad Quadragesimam.*

Domini vsque ad Quadragesimam, in quibus secundùm proprium ritum varias celebrant Deiparæ, & Sanctorum festiuitates, hoc est in prima sexta feria post Natiuitatem Domini festum Beatissimæ Virginis Mariæ; Et prima sexta feria post Epifaniam festum S. Ioannis Baptistæ, & duas post hebdomadas festum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & deinde vlla absque interpolatione vsque ad Quadragesimam festum agunt eadem feria sexta aliorum Sanctorum, nec non & Patrum eiusdem nationis, in prima Sanctorum quatuor Euangelistarum, in secunda S. Stephani Protomartiris, in tertia Nestorij, Theodori Mopsuesteni, & Diodori sectæ Nestorianæ Antesignanorum; in quarta S. Ephrem, & omnium Doctorum Syrorum; in quinta S. Abæ Chaldæorū Patriarchæ, qui fuit Romæ electus, & in sexta celebrāt commemorationem omnium Defunctorum, quæ est vltima ante Quadragesimā; Et in omnibus his ferijs sextis vescuntur lacticinijs, & ouis, aliàs apud omnes Orientis Nationes, hi cibi prohibentur, tam in quarta, quæ loco Sabati obseruatur, quam

quam in ſexta feria, præter illas, quæ occurrunt à Natiuitate Domini vſque ad Epiphaniam, & à die Paſchatis vſque ad Pentecoſten, in quibus omnes Orientales Christi fideles Carnibus veſcuntur, Neſtorianis tantùm exceptis, qui differunt à cæteris, cum hi à carnibus toto anni Curriculo in his ferijs ſe abſtineant.

Poſt Paſcha celebrant ſub diuerſis diebus aliorum Sanctorum, nec non, & Patrum eiuſdem Nationis feſtiuitates; hoc videlicet ordine: in prima ſexta feria poſt Paſcha, omnium Sanctorum Syrorum Confeſſorum, feria ſecunda poſt Dominicam in Albis Sancti Aughen, qui caput extitit ſeptuaginta duorum Monachorum Coptorum, & in feria 6. ſubſequenti S. Finees Martyris, feria 2. poſt Dominicam ſecundam poſt Paſcha Hermetis Monachi, qui fuit Neſtorij ſocius. Die vigeſima quarta Aprilis S. Georgij; in prima feria tertia Menſis Maij Sanctæ Sciamuni cum ſeptem eius filijs, & die XV. eiuſdem menſis feſtum B. Mariæ Virginis.

14. *De alijs feſtiuitatibus à Paſchate vſque ad menſem Decembris.*

In prima feria ſexta poſt Pentecoſten celebrant diem feſtum, qui vocatur

De Nestorianis. festiuitas *Auri*, & memoriam faciunt primi miraculi à S. Petro patrati, dum infirmo petenti ab eo Elemosinam respondit Petrus *Argentum & Aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Christi Nazareni, surge, & ambula. Act. 3.* In prima feria sexta post septem hebdomadas post Pentecosten, diem festum agunt omnium Apostolorum, die tertia Iulij Sancti Thomæ Apostoli, die 15. eiusdem mensis Sancti Cyriaci, die 6. Augusti Transfigurationis Domini nostri Iesu Christi; die 15. eiusdem mensis Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis; die 13. Septembris festum Sanctæ Crucis; die 25. Octobris Sancti Fesion Martyris, in prima feria 6. Mensis Nouembris Sancti Aughen, cuius festum celebrant per duas vices, eo quia omnes eius discipuli fuerunt Sanctitate illustres, & prima Dominica Nouembris festum Dedicationis Ecclesiæ.

15. *Recensentur eorum ieiunia.* Præter Quadragesimam obseruant aduentum per 25. dies in quibus etiam à lacticinijs & Ouis se abstinent quemadmodum etiam per quindecim dies ante Assumptionem Beatæ Mariæ Virgi-

nis

nis. Ieiunant etiam rigorosè illud, quod vocatur ieiunium Niniue & fit per tres dies, nimirum feria ſecunda, tertia, & quarta in prima ex tribus hebdomadibus, quæ præcedunt Quadrageſimam, & eamdem abſtinentiam obſeruant per Septem Hebdomadas ante feſtum omnium Apoſtolorum, ſed hæc eſt tantùm ad libitum, & non de præcepto.

Hanc feriæ ſextæ obſeruantiam, etiam apùd omnes Syros viguiſſe ex inſtitutione Sancti Simeonis Stilitæ colligitur ex Officio feſti eiuſdẽ Sancti, quod à Syris Iacobitis recitatur, imò nonnullæ mulieres vſque adhuc ceſſant hac die ab operibus. Hunc eundem ritum, putant aliqui, introductum fuiſſe etiã apud Maumethanos à Sergio Monaco Neſtoriano, qui fuit primus Maumethi ſocius: hi enim in hebdomada non niſi feriam ſextam obſeruant, in qua iuxtà eorum ritum in Moſcheis collecti, preces effundunt, & concionibus adſtant. 16.

Oſtenditur Feriæ ſextæ obſeruantiã, quæ viguit apùd omnes Syros, introductam fuiſſe etiam inter Mahumetanos à Sergio Monacho Neſtoriano.

Neſtoriani in ſacris cõficiendis tribus vtuntur liturgijs, prima Sanctorũ duod. Apoſtolorũ, ſecunda Theodori Mopſueſteni, & tertia Neſtorij: producitur pri- 17.

Vtuntur Neſtoriani tribus tantùm Liturgijs in celebratione Miſſarum.

De Monophysitis.

ma à Paschate vsque ad Aduentum; secunda, quæ est Theodori, qui ab eis Antonomasticè vocatur *diuinorum librorum interpres*, ab Aduentu vsque ad Pascha; tertia vero quinquies in anno, diebus Epiphaniæ, Sancti Ioannis Baptistæ, feria quarta, quæ est vltima dies Ieiunij Niniue, die Festiuitatis Nestorij, & feria quinta maioris hebdomadæ, in quorum Ecclesijs vt plurimùm vnica tantùm Missa in dies celebratur.

CAP. II. De Monophysitis.

1. *Quæ Nationes sub hoc nomine includantur.*

Secunda Natio est illa quæ vocata fuit Monophysitarum, hoc est professorum *vnius naturæ* sub quo nomine includuntur Iacobitæ, Coptitæ, Armeni, ac Æthyopes, quæ licet regionibus linguis, & ritibus quibusdam inter se differant, dogmatibus verò, & hæresi nequaquam differunt. Isti enim ex Diametro Nestorianis opponuntur, nam omnia simpla constituunt in Christi Domini Incarnationis dispensatione, vbi illi omnia dupla agnoscunt. Nestoriani admittunt separationem, & diuisionem, hi verò nullam, ita vt vel permixtionem & confusionem naturarum, operationũ, & voluntatum necessaria consequentia admit-

admittere cogantur, vel harum vniu: defectum & ammissioné, contra quos præter diuum Cyrillum aliosque Catholicos Patres, & Scriptores argumentatur *Abubecrus Habasides* author Mahumethanus parte secunda suarum disceptationum contra Christianos.

Huius assertionis primus author fuit Eutyches Archimandrita circà annum Domini 449. cuius tùm partes, deliria, & blasphemias accerrimè tutatus est Dioscorus Alexandrinus Episcopus in pseudo Synodo Ephesina, licet non eadem vtrique fuerit ratio, & consilium, nam Eutyches ex confusione & permixtione vtriusque naturæ, vnam naturam coagmentabat post vnionem, quæ verè, neque diuina, neque humana dici poterat, quin imò Eutychius Patriarcha Alexandrinus tom. 2. Annalium cum nonnullis alijs recenset, Euthychetem etiam asseruisse, non fuisse Christo corpus eiusdem naturæ cum corporibus nostris. 2. *Author huius hæresis fuit Eutyches Archimandrita, quem secutus est Dioscorus Episcopus Alexandrinus.*

Dioscorus vero, quem sequuti sunt Iacobus Zanzalus, seu Baradæus, Seuerus Antiochenus, & alij, vnam ex duabus coaluisse naturam autumabat post vnio- 3. *Ostenditur discrimen inter sententiã Euthychesis, & Dioscori.*

De Monophysitis. vnionem, nulla tamen interueniente confusione, permixtione, alteratione, mutatione, vel conuersione; hinc Eutychetem diro percellit anathemate Iacobus Zanzalus in sua Catechesi delirum eum appellans, ac insipientem, quòd admitteret confusionem, permixtionem, & similes voces in Misterio Dominicæ Incarnationis; Asseclæ igitur Dioscori, ac Iacobi, vti sunt Iacobitæ, Armeni, Copti, & Æthyopes, qui à Patribus, prout notat Nicephorus cap. 26. vocati sunt Monophysitæ, arbitrantur nullam subsistere posse naturam sine propria subsistentia, ac proinde, cum in Christo Domino sit vna subsistentia, vnã quoque naturam necesse esse affirmant; quò circa falsò sibi persuadent Chalcedonẽses Patres sub nomine duarum naturarum insinuare voluisse dualitatem personarum, adeoque Nestorij damnatam in Ephæsino Concilio hæresim instaurasse, vel instaurare eo nomine voluisse; Cæteroquin à dualitate naturarum in re minime abhorrere videntur, quod quidem apertè testatur Seuerus Antiochenus

hom.

hom. 2. caput 9. his verbis

ܠܡܢܐ، ܐܝܟ ܡܟܣ ܠܟܢܘܫܝܐ ܕܗܘܐ
ܒܟܠܩܝܕܘܢܐ ܗܘ ܕܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ ܐܡܪ
ܒܡܫܝܚܐ : ܚܣ : ܐܠܐ ܕܐܬܟܠܝܘ ܡܢ ܠܡܐܡܪ
ܚܕܝܘܬܐ ܕܩܢܘ̈ܡܐ ܘܕܗܘ ܡܢ ܬܪ̈ܝܢ ::

Nùm quid aliquis arguit Concilium celebratum Chalcedone,quod duas naturas in Chriſto eſſe dixerit, abſit, ſed quia abſtinuerunt dicere vnitatem perſonarum, & quod eſſet ex duabus.

Monophyſitæ etenim ex dictis omnino in terminis æquiuocare vidētur, Nam non obſcurè colligitur, eos Perſonam à natura minime diſtinguere, ac pro eodem accipere dum aſſerunt eſſe in Chriſto duas naturas ſeparatas, quæ coaleſcunt in vnam naturam, vt aperte habetur, ex Anaſtaſio Sinaita in ΟΔΗΓΟΣ cap. 6. vbi ait *Monophyſitas aſſerere naturam eſſe perſonam, & ſimiliter perſonam naturam, ideoque contendunt nullam perſonam ſine natura eſſe*; ideoque non abs re. Morinus in tract.de Sacris Eccleſiæ ordin. in præfat. ad Sacram Neſtorianorum Ordinationem, vbi loquens de Ar-

4. *Monophyſitæ non diſtingũt Perſonam à Natura.*

De Monophysitis.

Armenis, qui eandem Monophysitarum tenent hæresim, notat sic *eos vnam naturam in Christo profitendo; errare magis ignorantia discriminis inter Personam, & naturam, quam deliberata vnius substantiæ in Christo definitione.* Imo eos nescire quid sit persona deducitur ex ipsa Iacobitarum Catechesi vbi

والله العالم ان اكثو الناس فلا يعلم الاقنوم ماهـــو
ولاما هى صفاته : الاقنوم هو الذى ينعرف الـــشى
فيه مثلما تقول الشمس ما تعرفها الا مـــن اقانيمهـــا
الشعاع ونورها وضياها وهم ثلاثه وهم شمس واحـــد .

Deus nouit, quod plures hominum nesciant, quid sit persona, neque quæ sint eius notiones. Persona est id, quo cognoscitur res v. g. Solem cognoscimus ex eius personis, splendore scilicet, luce, & lumine, quæ sunt tria, & vnus Sol; ex hac definitione, in qua pro personis in Sole agnoscunt splendorem, lucem, & lumen, singulæ rerum notiones, & proprietates essent personæ, & in ipsomet Christo Domino, in quo negant pluralitatem naturarum admitterent pluralitatem personarum.

Ad hæc, quæ retulimus de hæresi Mo-

Monophyſitarũ Prateolus verbo *Iacobitæ* ex Bernardo Luxemburgo de Catalogo hæreſum addit, Iacobum Zanzalum Trinitatem minime crediđiſſe, cuius hæc sũt verba, *Iacobus Zanzalus Iacobitarum author Sacroſanctam Trinitatẽ minime credidit, ſed vnam dumtaxat in diuinis perſonam eſſe docuit, adeoque Crucis ſignum digito vno pingebat.* Idem ex Prateolo, & Luxemburgo refert Iacobus Gualterius in tabulis Cronographicis Sæculo ſex. c.9. de Iacobitis, ſed hæc vt verum fatear neſcio vnde iſti authores decerpſerint, cum omnino Contrarium ex ipſo Iacobi Zanzali Catecheſis limine conſtet hiſce verbis

5. *Confutatur Prateolus cũ alijs, aſſerentibus Iacobitas non credere Myſterium Trinitatis.*

اقول واومن واعترف ان الاب والد غير مولود ولــه
دايمًا مرمدًا خاصيه الولاديه والابوبه : واقول واعترف
واومن ان الابن مولود عير والد وله خاصية الانلاد
والبنوه واومن فاقول واعترف ان روح القدس منبثق
من الاب مستمد من الابن ولا هو اب ولا هو ابــــن
وله خاصية الانبثــــــــــــــــاق :

dico credo, & prefiteor, Patrem eſſe genitorem non genitum, habentem ſemper, ac perpetuò proprietatem generandi, & paternitatis; item dico, credo, & profiteor, filium eſſe

De Monophysitis.

esse genitum, non genitorem, & habentem proprietatem generationis, & filiationis, item credo dico, & profiteor, Spiritum Sanctum procedere à Patre extensum per Filium, nec esse Patrem, neque Filium, sed habentem proprietatem processionis: Et sanè error iste vna cum Sabellio Authore perijt in Oriente, nullusque Orientalium Syrorum illum tribuit Iacobo Zanzalo, vel Iacobitis, quorum libri, & monumenta nihil penitus huiusmodi erroris redolent, quin imo passim contrarium occinunt, & vtinam æquè bene sentirent de mysterio dominicæ Incarnationis, ac de mysterio Sacrosanctæ Trinitatis.

Quod attinet ad signum Crucis, vnico depictum digito à Iacobitis, ipsimet rationem reddunt, ac præsertim Dauid Barphaulos in Dialogo inter melchitam, & Iacobitam de Trisagio in hæc verba

قال الملكى قولوا لى لاجل اى السبب تصّلبون بالاصبع الواحد قال له اليعقوبى لان المسيح فهو واحد كلمة الله الذى تجسّد وليس هو اثنان وصلب على صليب واحد وصلب مرّة واحده فلذلك نصّلب بالاصبع الواحد.

Ait

Ait Melchita dicite mihi, qua de causa pingitis Crucem vnico digito? Respondit ei Iacobita, quia Christus est vnus, Verbum Dei, quod incarnatum est, & non sunt duo, & Crucifixus est supra vna Cruce, & Crucifixus est vnicà vice, ideoque pingimus Crucem vnico digito; Constat igitur Iacobitas pingere signum Crucis vnico digito, non ad designandam vnam personam in diuinis, vt asserit Prateolus, sed propter causas superius allatas, quæ etiam leguntur in eorum Catechesi.

6. *Refellitur aliquorum sententia, asserens Iacobitas abrogasse ab Ecclesia Sacramentum Confessionis.*

Præter errores, quos supra recensuimus de Iacobitis, addunt Vitriacus, Sanutus, P. Lup. & alij, ipsos Confessionem ab Ecclesia abrogasse, quæ assertio contradicit ipsismet Constitutionibus Ecclesiæ Iacobitarum, vbi cap. 22. citato ab Abrahamo Ecchellense, in notis ad Catalogum Hebediesu, sic legitur, *licet ne, confessionem fieri Sacerdoti, an non Sacerdoti, digno tamen, qui hoc perfungatur; Responsio. Non licet confessionem fieri non Sacerdoti, sed illi, qui est in gradu Sacerdotali;* illa enim abrogatio, de qua supradicti Authores loquuntur, haud quaquam introducta fuit inter Iacobitas

Sy-

De Monophysitis.

Syros, sed inter Coptitas, qui eàdem Iacobi hæresi sunt infecti, quod euenit vt notat Morinus in Præfatione ad Sacram Iacobitarum ordinationem, æuo Ioannis Abulmagedi Patriarchæ Alexandrini, de quo legitur in Cronico Alexandrino sub anno Christi 1027. *Confessionem ab Ecclesia Coptitarum abrogasse, Circumcisionem veró plurimum commendasse;* Ratio autem, quam habuit ille Patriarcha confessionis abrogandæ, à mente hęreticorum nostri temporis longè diuersa est, vt ait Abn Hassalius in Constitutionibus Ecclesiæ Copticæ cap. 51. ille enim haud quaquam negare contendebat Confessionem esse Sacramentum, neq; hanc poenitus abolitā esse volebat, sed, vt ait idem Compilator constitutionum: *cum Confessio sit medicina Spiritualis, cuius comparatio ad Animam est, vt comparatio medicinæ corporalis ad corpus, non peragitur, nisi per medicum probum, peritum, alioquin melius esset eiusmodi relinquere curationem, quæ fit ab imperito, & improbo; nec non, vt ægrotus amplectatur, & vtatur quidquid ipsi præscribitur: deinde vt medicina sit possibilis ex parte*

tem-

temporis, loci, & potentiæ, aliàs nihil prodest, ita spiritualis. Cum ergò raro reperiatur probitas in perito quemadmodum, & aliæ duæ conditiones, hinc factum est, vt raro reperiatur confessio inter Coptitas. Quidam autem ex eorum Patriarchis interdixerunt Plebi eius vsum ob defectum concursus illarum trium conditionum, sine quibus non bene peragitur. Et quemadmodum etiam non omnes egent medicina corporali, ita nec spirituali, vt videre est apud Ecchellensem, & Morinum locis supra citatis, qui hunc Textum ibidem afferunt.

7. *De Regionibus, quas incolunt præfatæ Nationes, & qua vtantur lingua Iacobitæ, Armeni, Coptitæ, atque Aethyophes.*

Notandum híc est quod licet Iacobitæ, Armeni, Coptitæ, & Æthyopes eadem profiteantur dogmata, inter se nihilominus differunt regionibus, linguis, ritibus, cæremonijs, & quibusdam alijs leuioris momenti; Iacobitæ enim sunt ij, qui incolunt Mesopotamiam, & aliquam partem *Syriæ*, citra Euphratem, & in *Sacris* obeundis *Syriaca* vtuntur lingua; Armeni incolunt Armeniam maiorem, & minorem, & alibi sparsim, in sacris verò, & publicis Officijs peculiari vtuntur Armena lingua. Æthyopes, seu Abyssini, Æthyopiæ sunt incolæ, &

De Monophysitis. vtuntur in Sacris lingua quã 7DH *Ghez*, idest *Sacram*, seu liberam vocant, & Chaldaicam esse aiunt. Coptitæ, vt ait Kircherius in Prodromo cap. 1. sic dicti ab Vrbe Copto in Ægypto, Thebaidos Metropoli, sunt Christiani Ægyptij, & in sacris, & publicis Officijs vtuntur Ægyptiaca, in prophanis verò, & vulgò Arabica, sicut & omnes fere nationes Orientales Arabica vulgò, & in prophanis, Syriaca verò in Sacris obeundis vti sunt Nestoriani, Iacobitæ, Maronitæ, & nonnulli ex Melchitis.

8. *Quæ discrimina intercedãt inter has Nationes.* Duo adhuc præcipua discrimina sunt inter has quatuor Nationes. Primum versatur circa materiam Eucharistiæ, alterum circá vsum Circumcisionis, quod attinet ad primum; Iacobitæ, censent Oleum, & Salem, triticeo, seù fermentato pane consecrando esse admiscēdum, quod cæteræ minime admittũt, imo improbant. Huius opinionis Author, & innouator fuit quidam Ioannes Barsusan Monophysita Pseudo-Patriarcha Antiochenus, & quidem hoc in causa fuit, vt reliquæ tres Nationes á commercio Iacobitarum se subduxerint, huius

rei

rei historiam paucis perstringit Iacobitarum Catechesis Author

وزادت المحبة بين جماعة القبط والسريان الى زمان ابينا يوحنا بن شوشان بطرك انطاكية فوقع بين السريان وبين القبط خلف على ان السريان يعملوا فى قربانهم الملح والزيت فكتب ابونا يوحنا مجل يوضح فيه تحقيق الملح والزيت ووضعهما فى القربان .

Et facta est Amoris accessio inter Coptitas, & Syros, nempe Iacobitas, vsque ad tempus Patris nostri Ioannis Barsusan Patriarchæ Antiochiæ, deinde orta est inter Coptitas, & Syros dissensio, quia Syri ponunt in sua oblatione Salem, & Oleum, & scripsit Pater noster Ioannes Barsusan libellum, in quo demonstrauit verificationem positionis Salis, & Olei in Eucharistia.

Armeni autem dissentiunt à reliquis tribus sectis, in hac eadem materia Eucharistica, tùm quòd vtantur Azymis, tùm quòd nullam admiscent Calici aquã, licet Gabriel Prateolus lib.1.num.67. & Thomas Biatiensis lib.7.par.1.c.17. falsò asserant Armenos celebrare in fermẽtato, atque condemnare Azymorum vsum, puto hos authores deceptos fuisse ex forma

9. *Confutantur Prateolus, & Thomas Biatiensis asserẽtes Armenos celebrare in fermentato.*

De Monophysitis.

ma Azymorum, siquidem antea apud ipsos, nec non, & apud Maronitas placentulæ quædam conficiebãtur triticeæ Azymæ, sed crassiores ad modum communis, & vsualis panis, referentes speciẽ panis fermentati; Cæteroquin Armeni vtuntur Azymis, vt refert Nico Author græcus in libello inscripto *de pessima Religione pessimorum Armenorum*, inter cætera eos reprehendit, quod in Azymis cõsecrent, eosque propterea appellat Azymistas; In hoc eodem hæreticos reputari Armenos à Græcis, scribit Gregorius VII. lib.8.q.1.

10. *Abyssini in Sacris conficiendis defectu vini substituunt succum ex Vuis passis infusa aqua expressum.*

Æthyopes, seu Abyssini differunt in hac materia à Symmistis, quia defectu vini ex vuis, substituunt succum ex vuis passis, infusa aqua, arte, & igne expressum. Hunc vsum approbat Daniel in compendio constit. Ecclesiæ Iacobitarum cap. 43. de Eucharistia sect. 1. vbi postquam attulit Can. Apostolorum *quod offerri non licet aliquod ad Altare præter nouas spicas, & vuas* subdit ex Dauid quodam eiusdem sectæ

اقول انه على هذا المعنى يكون فعل الذين ياخذون
زبيبه

زبيب يعصروه ويقدسوه عوض الخمر .

Dico, quod Iuxta hunc ſenſum, eſt opus illorum, qui ſuccum ex vuis paſſis expreſſum, pro vino conſecrant, hoc eſt, ſi licet ſacrum in ſucco ex recentibus vuis, ita licet in ſucco ex vuis paſſis, cum iſte ſuccus habeat omnes vini qualitates.

Quod verò attinet ad ſecundum diſcrimen, Coptitæ, atq; Æthyopes diſcrepant ab alijs duabus ſectis, Armenis nempe, & Iacobitis in exercitio Circumciſionis, cùm eà hactenus more Iudaico vtantur, vná cum Baptiſmo, cui Æthyopes cauterium quoque candenti ferro factum in aliqua vultus parte addunt; Et quidem aliqui perperam exiſtimant, id ſpectare ad neceſſitatem ſalutis, vt Baptiſmus, ob illud Ioannis aſſertum. *Ipſe vos Baptizabit in Spiritu Sancto, & igne.* Hanc doctrinam candenti ferro inurendi frontem baptizatorum ad Iacobum Syrum, refert Nicephorus lib. 18. cap. 45. ſicut etiam falsò Iacobitis, & quibuſdam ex Armenis Circumciſionē tribuit Tho: Biatienſis lib. 7. Theſauri part. 1. cap. 23. num. 3. Sed hæc re vera, non ſunt de eius

11. Coptitæ, & Abyſſini, vnà cum Baptiſmo vtuntur Circumciſione.

12. Falsò Iacobitis, & quibuſdam ex Armenis tribuitur Circumciſio.

De Monophysitis.

Doctrina, cum non legatur in eius libris, neque Iacobitæ, qui ab eius nomine sibi nomen imposuerunt, neque Armeni eo ritu vtantur, nisi forte sub nomine Iacobitarum intelligant supradicti Authores includere præfatas Nationes Coptitas, nimirum, atque Æthyopes, quæ à Iacobo Syro hæresim hauserunt.

13. *Apud Coptitas, & Abyssinos non habetur Circumcisio pro Sacramento, sed tantùm pro quadam consuetudine.*

Circumcisionem autem, neque esse legalem, neque Sacramentum, neque partem Sacramenti, & necessariam ad salutem, vt opinabatur Cerintus tempore Apostolorum, teste Epiphanio Hæresi vigesima octaua, & Philastrio lib. de hæreticis 8. Sed consuetudinem quamdam, & vsum apud has sectas, docet Abnhassalus cap. 55. Arab. Constit. de peculiaribus ritibus Coptorum his verbis

واما فى الجديده فالختان عند من يختتن من اصحابها
على سبيل العاده لا من الفرايض الشرعيه وذلك انه
فوض عملها فى التوراه فى ثامن يوم من ولادة
المختون فهى فى غير الثامن لا تعد ختانه شرعيه
والذين يعملونها من اصحاب الجديده لا يعملونها فى
يوم الثامن ولا يجيزون ذلك : وباقى الطوايف عند كل
منها من العادات ما هى له مستحسنه ويقبحه عليها من
سوام

عوام كتشطيب الوجه عند الحبش والنوبه وحلق الدقن عند الافرنج وحلق الروم اوساط روسهم وتطويل شعر رهبانهم.

At in noua lege Circumcisio apud eos, qui circunciduntur est per modum consuetudinis, non autem legalis præcepti, nam in veteri lege sancitum est, vt fieret circumcisio octauo die natiuitatis, ergo extrà octauum, non est habenda pro legali. Qui autem illa vtuntur in noua lege, neque in octauo id faciunt, neque licitum esse arbitrantur. Apud reliquas, quoque nationes consuetudines quædam sunt, quæ illis pulchræ videntur, alij tamen turpes eas ducunt, vt est Cateriżatio vultus apud Abyssinos, & Nubienses, Tonsio barbæ apud latinos, Et tondere medium caput Sacerdotum apud Græcos, & Monacos eorum longos alere Crines.

Contra hanc Authoris huius expositionem de ritu, & consuetudine circumcidendi, plures Orientales Scriptores Opuscula ediderunt innixi potissimũ authoritati Pauli ad Galatas quinto asserentis. *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus nihil vo-*

De Monophysitis. *bis proderit*, & rursus. *Testificor autem omni homini circumcidenti se quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ*. Aliqui enim putant hunc ritum, seu consuetudinem originem ducere ex ijs de quibus Act. 15. dicitur, *& quidem descendentes de Iudea docebant fratres, quia nisi circumcidamini*

14. *De Doctrina Cerinti circa vsum Circumcisionis.* *secundum morem Moysis non potestis saluari*. Quæ doctrina refertur ad Cerintum, qui asserebat gentiles non esse capaces Messiæ, & Christianismi, nisi prius fierent Iudæi, vnde fideles concitauit contra Sanctum Petrum, eo quod Baptizasset Cornelium, vt notat Cornelius à Lapide in Comment. cap. 15. Act. quæ doctrina in primo Apostolorum Concilio fuit damnata, vti legitur, eodem cap. 15. in Epistola Apostolorum missa Fratribus Antiochiæ, Syriæ, & Ciliciæ, qui ex Gentibus erant.

15. *A quo denominati sint Iacobitæ.* Quamuis Iacobitæ asserant se suam denominationem sumere ex diuo Iacobo Apostolo fratre Domini Nostri, vti legitur in vita Iacobi Syri, quæ inter eosdem circumfertur, attamen ab hoc eodem Iacobo Syro deduxisse, præter latinos, & Græcos authores, refert Dauid

Ar-

Archiepiſcopus lib. conſit. Syr. cap. 1.

الفرقة الثانيه وهى اليعقوبيه وهم المنسوبون الى يعقوب .

Secta autem ſecunda eſt Iacobitarum, qui referuntur ad Iacobum; & Nicephorus lib. 18. cap. 152. hæc habet de huius Iacobi agnomine, *Iacobus porrò*, inquit, *à quo nunc quoque Iacobitarum hæreſis denominata celebratur, obſcurus prorſus, & nulla gloria vir, qui etiam Zanzalus propter ſummam tenuitatem eſt cognominatus.*

Orientales hunc appellant يعقـوب البرادعى . Iacobum *Baradæum*, huiuſque agnominis ratio duplex redditur; Iacobitæ enim ita eum appellatum fuiſſe volunt in ſua Catecheſi à pannoſo, laceroque veſtitu ſicut Clitella, quæ Arabum lingua بردعـــــــة *Bardaa*, vocatur hinc البــــــــــرادعى *Clitellarius*. Perhibent enim in citata Catecheſi ſuum Iacobum rogatum fuiſſe à quibuſdam honeſtiſſimis viris, vt ſuis precibus mortuum quemdam ad viuos reuocaret, & dum petitioni acquieſceret, & contenderet ad monumentum ſub-

16. *Cur Iacobus à quo denominati ſunt Iacobitæ vocetur Baradæus.*

De Monophysitis.

ſubditur

وكان يعقوب لابس مرقعه مثل البردعه فقالت امراة
لامراة اينْ هو الذى يحيى الميّت ؛ فقالت لها هذا
الذى هو لابس رقع البردعه ؛ فنظر اليها يعقوب
وقال لها هكذا يكون اسمى الى الابد وتكنّا
بهذا الاسم ودام ما ينعرف الّا به .

Iacobus autem indutus erat pannoſo quodam veſtitu ſimile Clitellis, & dixit quædam mulier, alteri mulieri, qui nam eſt, qui exſuſcitabit mortuum? cui reſpondit illa hic, qui eſt indutus fuſtulis Clitellarum, & reſpexit eam Iacobus, & ait, ita erit nomen meum in æternum, & cognominatus eſt hoc nomine, eoque ſemper agnitus.

Dauid Archiepiſcopus lib. ſup. cit. cap. 1. aliam huius agnominationis affert rationem à natali Vrbe, ex ea deducens, eſſe nomen patronymicum

ثم اليعقوبيه وهى المنسوبه الى يعقوب الذى كان من
مدينة تدعى البردعه ولذلك يقال له يعقوب البرادعى.

Tum Iacobitica (Secta) & refertur ad Iacobum, qui erat ex Vrbe quadam nomine Bardaa, vnde dictus eſt Iacobus Baradæus. Vrbis huius meminit Geographiæ Nubien-

bien-

bienſis Author par. 6. Climatis 5. ſic

ونبدا من ذلك بذكر مدينة بردعه لانها ام بلاد
الران وهى مدينة كبيرة جــــــــــدا .

Incipiamus autem in hoc deſcribere Vrbem Bardaa, quoniam eſt matrix Prouinciæ Ran, & eſt Vrbs magna valde. Alij, incerto Authore hunc appellatum fuiſſe ferunt à Clitellaria, quam aliquando exercuiſſe dicitur, nam idẽ eſt البرادعى *Albradaai*, ac Clitellarius, ſeu Clitellarum artifex.

Non desunt, nonnulli ex Iacobitis, qui eundem vocant Iacobum *Edeſſenum*, vt notat Stephanus Edenẽſis Patriarcha Antiochenus, par. 1. Apologiæ aduerſus Tho: Biatienſem, & ſic appellatum perhibent, quòd Vrbis Edeſſæ Epiſcopus fuerit conſecratus.

Hìc enim hæreſiarca, tam mordicus Eutychianam hæreſim, ac Dioſcori ſen- 17. *Redditur ratio cur Monophyſitæ omnes modo vocentur Iacobitæ.*
tentiam tutatus eſt, vt omnes horum hæreſiarcarum Sectæ, quæ Eccleſiam Dei, Sæculo quinto, & ſexto grauiſſimè afflixerunt exurgentibus Saracenis, & Oriẽtem, Ægyptumque, & Africam ſubigentibus in Iacobiticam, velut pace facta coal-

De Monophysitis. coaluerint, aliarumque nomen prorſus extinctum ſit, & in Oriente, & Africa, vbi ſecta iſta viget, & numeroſa eſt, vt notat Morinus in Præfatione ad Sacram Iacobitarum Ordinationem, Iacobitarum nomen tantum auditur.

18. *De Patriarcha Iacobitarum.* Horum Patriarcha ſibi *Ignatij* nomen aſſumit, vnà cum titulo Patriarchæ *Antiochiæ*, cui etiam addit alium nimirum *Tur Abdim*, hoc eſt *Montis Deuotorũ*, quia vndequaque Monachorum in illis Montibus Monaſteria viſuntur, & vſque adhuc ibidem antiqua Cænobiorum rudera perſpiciuntur opere Muſaico exornata, nec non innumera ſolitariorum habitacula, in quibus illi exemplarem vitam rigoroſa obſeruantia omnium admiratione ducebant, quæ Regio *Tur Abdin* nuncupata, eſt ſatis ampla TransTigrim, in qua non pauci numerantur Epiſcopatus, ſub eiuſdem Patriarchæ iuriſdictione, qui degebat olim in Celebri *Zaafranenſi* Monaſterio, nunc pene collapſo prope vrbem *Mardin*, in præſenti verò in ciuitate *Amedenſi*, ſeu, *Diarbechir* commoratur.

Quinque Metropolitas hic Patriarcha

cha sub se habet, quorum duo extant in Mesopotamia, alter videlicet *Amed*, alter *Mousal*, ambo ad Occidentalem partem Tigris, quæ vltima Vrbs à *nonnullis noua Niniue vocatur*, cum extructa sit ex ruderibus antiquæ Niniue, quæ parùm ab eadem distat ad Orientem eiusdem fluminis. Reliqui tres Metropolitæ extra Mesopotamiam numerantur *Madanensis* nimirum trans Tigrim, *Aleppensis*, siue *Berohensis*, citra Euphratem in Syria Comagena, & *Hierosolymitanus*, in Palestina. 19. *De Metropolitis.*

Episcopatus vero celebriores in Mesopotamia sunt Mardinensis, & Nisibensis, qui modo sub vnico sunt vniti Episcopo, cum Nisibis sit penè diruta. Sequuntur Edessenus, Gezirensis, seù Insulanus, Gargarensis propè Edessam, Damascenus in Syria, præter illos qui extant in Regione *Tur Abdin* Trans Tigrim, aliosque dirutos in Mesopotamia, inter quos est *Tacritensis* ad Tigrim propè *Begdadum*, seu nouam Babyloniam, in qua Episcopus extitit Sanctus *Maruta*, doctrina, ac sanctimonia illustris, quæ Vrbs olim Iacobitarum Patriarcharum 20. *De Episcopis.*

erat

De Monophysitis. erat Sedes. Non pauci etiam numerabantur in Syria, de quibus in præsenti, non nisi rudera visuntur, celeberrimi ibi erant Episcopatus *Germaniciæ & Mabug*, in prima Episcopus extitit *Thomas*, *Germanicius* vocatus, cuius Liturgia inter illas Patrum Syrorum recitatur, & in secunda clarissimus fuit inter Syros Iacobitas *Filoxenus* Episcopus Mabugensis.

21. *Tam Metropolitanæ quã Episcopalis Ecclesię Iacobitarum habent propria nomina cuilibet Ecclesiæ addicta.*

Omnes ferè Ecclesiæ apud eosdem, tàm Metropolitanæ, quam Episcopales nomina propria habent, cuilibet Ecclesiæ addicta, itaut ad illas ordinati, nomina pariter suscipiant, cuicumque Ecclesiæ præfixa. Metropolita Amedensis, commutato *Dionysij* nomine, quò olim vocabatur, nunc illo *Timothei* insignitur; Metropolita Mausolanus illo *Basilij*, Madanensis *Cyrilli*, Aleppensis *Dionysij*, & Hierosolymitanus *Gregorij*, Episcopus Mardinensis, & Nisibensis nuncupatur *Athanasius*, Edessenus *Seuerus*, Gezirensis *Iulius*, Gargarensis .... & Damascenus *Gregorius*, & sic fere de singulis.

22. *Quomodo dignoscantur in*

Non pauci inter Syros numerantur *Ecclesiæ Orientalis* Doctores, ac præcipuè illi,

illi, qui ante Concilium Calcedonense scripserunt, vti sunt S. Iacobus Episcopus Nisibensis, qui Nicæno interfuit Cōcilio, Sanctus Ephrem eius Discipulus, cuius sanctimonia, ac doctrina fulget etiam in Occidente; S. Isaac Episcopus Mausal, qui, vt refert Barebræus in suis Annalibus in Theodosij Iunioris Imperio, eiusdem Sancti Ephrem Discipulus fuit, & varia eius opera prostant de Philosophia, ac de Sacrarum Scripturarum expositione, quorum meminit Kircherius in Epistola Parenetica Obelisci Pamphilij; nec non, & Sanctus Balai, qui teste eodem Barebræo supradicti Sancti Ephrem fuit coeuus, amboque quarto circiter sæculo floruerunt, & cum omnes suprà memorati, scriptis, hymnisque sacris Sanctam Dei Ecclesiam illustrauerint, ab omnibus Nationibus Orientalibus, vti Doctores Sancti habentur; secùs verò illi, qui post Calcedonense Concilium viguere, Et si à Iacobitis inter Doctores Orthodoxos numerentur, à Maronitis tamen, & à cæteris Nationibus, quæ Iacobitas aduersantur, tamquam Eutychetis, ac Dio-

Ecclesię Syrorum Doctores Orthodoxi ab Eterodoxis.

scori

De Monophysitis.

ſcori, vt plurimum fautores, & aſſeclæ reijciuntur.

23. *Iacobus Episcopus Edeſſenus, & alter Iacobus Episcopus Sarug habentur Orthodoxi quamuis ſcripſerint poſt Calcedonenſe Concilium.*

Iacobus verò Edeſſenus Epiſcopus, qui per Antonomaſiam á Syris ܡܠܦܢܐ hoc eſt *Doctor* vocitatur, & alter Iacobus Epiſcopus *Sarug*, quamuis ſeptimo circiter vixerint ſæculo, vti teſtatur de primo Barebræus lib. Ethicorum cap. 4. Et de ſecundo Stephanus Edenẽſis Patriarcha Antiochiæ, in Apologia aduerſus Thomam Biatienſem Diſput. 5. Orthodoxi tamen à Nationibus Catholicis Orientalibus reputantur, cum in eorum ſcriptis, quæ circumferuntur, nihil quod hæreſim ſapiat inueniatur; Imò de Iacobo Edeſſeno mentio fit in Calendario Maronitarum die 27. Ianuarij, vnà cum Sancto Ephrem ſic

ܟܙ. ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܘܕܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ ܕܐܘܪܗܝ

27. *Sancti Ephrem Doctoris, & Sancti Iacobi Edeſſeni*, cuius æuo aſſerit Barebræus loco ſupra citato initium habuiſſe hymnos illos, qui *Canones Græci* nuncupantur, ſic enim ibidem legitur

ܘܩܢܘܢܐ

ܘܒܙܒܢܐ ܐܘܦ ܕܩܕܝܫܐ ܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ
ܘܓܒܝܐ ܓܘܪܓܝ ܕܥܡ̈ܡܐ ܛܝ̈ܝܐ ܫܪܝ
ܠܡܬܥܢܝܬܐ ܗܠܝܢ ܕܩܢ̈ܘܢܐ ܡܬܩܪܝܢ ܕܝ̈ܘܢܝܐ ܡܢ
ܐܢܫ ܣܦܪܐ ܘܚܟܝܡܐ ܕܫܡܗ ܩܘܪܝܢ
ܕܪܡܣܘܩ ܘܡܢ ܐܢܫ ܕܝܪܝܐ ܕܠܘܬܗܘܢ
ܐܒܘܢ ܐܒܐ ܩܘܙܡܐ ܀

Atque etiam sub æuo Sancti Iacobi Edesseni, & electi Georgij gentium Arabicarum cæperunt hymni, qui Canones Græcorum nuncupantur à quodam scriba, seu sapiente Damasceno cuius nomen Cirinus filius Mansur, & à quodam Monacho, qui apud illos Abbas Cosmas cognominatus est. Qui Cosmas cum fuerit Sancti Ioannis Damasceni præceptor deducitur, Iacobum Edessenum in Saracenici Imperij initio propè tempora Iustiniani Rinotmeti, Philippici, & Leonis Isaurici Iconomaci floruisse, & hunc diuersum esse à Iacobo Zanzalo, seu Baradæo, qui vt supra innuimus ab aliquibus Edessenus pariter nuncupatur, satis manifestum est, cum hic quinto, ille verò, de quo nunc loquimur, septimo vigeret sæculo.

De Monophysitis. Alterius Iacobi Episcopi *Sarug* meminit loco supra citato Stephanus Edenensis Patriarcha Antiochiæ, vbi passim Sancti titulo ab eo vocitatur, cuius antiqua opera eleganti Stylo composita in Libano asseruantur in Monasterio Sanctæ Mariæ de *Canubin*, ex quibus excerpti sunt vltimi hymni, qui Quadragesimali tempore à Maronitis in diuinis Officijs recitantur, quemadmodum ex alijs Doctoribus suprà memoratis excerpti sunt alij hymni, qui in Sacris obeundis,

24. *De differentia carminũ apud Syros in recitatione hymnorum Ecclesiasticorum.* & in recitatione Diuinorum Officiorum ab Orientalibus canuntur, sub diuersis tamen Metris, illi enim, qui sunt sub metro Iacobitico, ex duodecim constãt pedibus, qui pedes à Syris ܛܘܢܘܣ *Ttunos* hoc est *Toni* nuncupantur, sub Ephremitico ex septem, & eandem sequitur Methodum S. Isaac, cuius hymni passim recitantur, ac præsertim in Officio Maioris Hebdomadæ Maronitarum; Illi verò qui sunt sub metro Sancti Balai constant ex quinque, quorum omnium hæc sunt exempla.

Car-

Carmina sub Metro S. Iacobi
Doctoris.

ܡܫܝܚܐ ܕܕܢܚ ܡܢ ܒܪܬܐ ܕܘܝܕ ܛܘܒܢܝܬܐ
ܘܦܪܩ ܠܥܢܘܗܝ ܡܢ ܛܥܝܘܬܐ ܕܦܬܟܪܘܬܐ.

Christus qui ortus est à Beata filia Dauid
Et liberauit Oues suas ab errore Idololatriæ.

Carmina sub metro S. Ephrem,
& Sancti Isaac.

ܐܬܪܥܐ ܡܪܝܐ ܘܩܒܠ
ܕܒܚܬܐ ܗܕܐ ܡܢ ܐܝܕܝܢ

Placare Domine, & accepta
Victimam hanc è manibus nostris.

Carmina sub metro S. Balai.

ܚܢܢܐ ܠܚܛܝܐ
ܚܘܣ ܥܠܝܢ ܒܝܘܡ ܕܝܢܐ

O qui miseretur Peccatoribus
Miserere nobis in die Iudicij.

Alios nonnullos, qui post Concilium Chalcedonense scripserunt, & Eutychianæ ac Dioscorianæ hęresis, vt plurimum sunt asseclæ, tanquam Sanctos Doctores venerantur Iacobitæ, inter quos sunt ce-

25. *Recensentur Doctores Eterodoxi Ecclesiæ Iacobitarum.*

D 2

De Monophysitis.

celebriores Seuerus Pseudo-Patriarcha Antiochiæ, qui varia exarauit opera, ac præsertim super Psalmos, tam soluta quã stricta Oratione teste Gregorio Barebræo, in Æthica cap. 4. & passim recitatur eius Liturgia à Iacobitis, quam latinè reddidit Andræas Masius; Non pauca de Seuero leguntur in Actis Concilij Constãtinopolitani, sub Menna Patriarcha, nec non in Euagrio lib. 3. cap. 33. in Nicephoro lib. 16. & in Baronio tom. 6. & 7. Annalium, & in Epistola Episcoporum Syriæ ad Papam Agapetum *organum Diaboli* ab eis ille nuncupatur.

Celeberrimus etiam fuit *Philoxenus* Episcopus Mabugensis, quem supra memorauimus, & de quò mentio fit ab Euagrio lib. 3. cap. 32. & à Baronio sub Anno 1012. eius enim scripta in sacris obeundis ante Euangelium, vnà cum SS. Patrum Homelijs legebantur, & tamquam Doctor sæpe à Iacobitis citatur, de quo in Epistola Monachorum Palestinæ ad Episcopum Nicopolis conscripta legitur, hæresim Eutychianam iam ferè obliteratàm in Syria ipsum denuò suscitasse.

Celebrantur quoque alij, qui in hoc

Ope-

Opere citantur *Dyonisius* nimirum *Barsalibi*, qui præter eius liturgiam, quæ inter illas Patrum numeratur, Commentarijs illustrauit B. Iacobi Apostoli Liturgiam. *Moses Barcephas*, qui decimo seculo floruit varia conscripsit, ac præcipue Commentarium de Paradiso, interpetre Andræa Masio, commentarium in Matthæum, librum de multitudine, & differentiâ Sectarum, librum de sex primis diebus conditi mundi, vt notatur in indice Chronologico magnæ Bibliothecæ Patrum; varia etiam scripsit *Dauid Barphaulos*, Dialogum videlicet de Trisagio inter Melchitam, & Iacobitam, & alia nonnulla.

In dypticis Missæ recensent Iacobitæ *Barsumam* inter SS. Monachos, eũque nuncupant لبّاس الحديد hoc est *ferro indutus*, cũ in dies ferreo cilicio se vinciret, cuius Annuli magna omniũ veneratione in varijs seruãtur Monasterijs; *Dioscorum* etiam, nec non, & *Thymotheum Elurum*, qui vnà cum *Petro Gnaffeo* Pseudo-Patriarcha Antiochiæ Concilium Chalcedonense damnarunt de qui- 26. *De ijs qui nominantur à Iacobitis in Sacris Missæ Dypticis.*

 bus

bus sit officium, ac præsertim, de Barsuma die 3. Februarij.

CAP. III. De Melchitis.

Tertia natio, est illa *Melchitarum* & sunt, tum Syri, tum Ægyptij, tum Arabes Christiani, qui post sextam generalem Synodum in diuersas sectas proscriptum Orientem, partibus Imperatorum Græcorum studuerunt, vt ipsa denominatio indigitat; nam Syris, & Arabibus idem est *Melchita*, ac *Imperialis*; Melchitæ Syri, & Maronitæ ante Photianum Schisma, & quæstionem de Spiritus Sancti Processione, dogmatibus minimè differebant, vt testatur Dauid Archiepiscopus in Constit. *Syr* c. 1. de Fide his verbis

وثبتت هذه الفرق الاربعه على انما الفرقتين الملكيه
والمارونيه اللتان ذكرناهما انماهما فرقة واحده
ورايهما فى الاتحاد والاقنوم راى واحـــــــــد .

Et remanserunt istæ quatuor Sectæ, quoniam illæ duæ Melchitarum Scilicet, & Maronitarum, quas memorauimus, sunt vna eademque Secta, & opinio eorum circa vnionem, & Personam eadem est. Sed fusius de hac re scribit citatus author in Epistola ad Arsenium Episcopum Haincurensem,

vt

1. *Post Schisma Photianum, Melchitæ asserunt vnà cum Nestorianis Spiritū Sanctum procedere tātum à Patre.*

2. *Refellitur opinio nonnullorum ex Recensioribus asserentiū hunc errorem omnibus Orientalibus Nationibus fuisse communē.*

3. *Probatur ex Codicibus Maronitarum.*

vt eodem cap. idem testatur. Post schisma verò Photianum, tam Maronitæ, quam cęteræ Orientales nationes discrepant à Melchitis, & Nestorianis in dogmate de Processione Spiritus Sancti à Patre, Filioque, afferant quidquid illis lubet scriptores nonnulli recentiores, Orientalium rerum oppidò ignari, qui falsò, ac per summam iniuriam hunc errorem omnibus Orientalibus, cum Græcis, seu Melchitis, & Nestorianis communem esse, censent, Maronitæ enim Iacobitæ, Armeni, Coptitæ, ac Æthiopes asserunt Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio. Ex Maronitis id luculentissimis docet verbis Author Collectaneorum interrog. 12.

هل روح القدس ينبثق من الاب فقط لاجل قول الانجيل ان روح القدس ينبثق من الاب ام ينبثق من الاب والابن .

Vtrùm Spiritus Sanctus procedat à Patre tantùm ob dictum Euangelij, quod Spiritus Sanctus procedit à Patre; vel procedat à Patre Filioque: huic interrogationi post multas è Sacris litteris adductas autho-

De Melchitis. ritates, respondet idem Author ac concludit

فالروح القدس كما هو منبثق من الاب فهو من الابن ؛

Spiritus igitur Sanctus sicut procedit à Patre, procedit quoque à Filio; Et post quædam Sacrarum Scripturarum testimonia, ex quibus ostendit Spiritum Sanctum, appellari Spiritum Filij, sicut appellatur Spiritus Patris, infert

فنقول كما ان روح القدس يسمى روح الاب فهو منبثق من الاب والابن .

Dicimus ergo quod quemadmodum Spiritus Sanctus appellatur Spiritus Patris, & Spiritus Filij, ita quoque procedit a Patre Filioque. Idem probat cap. 7. multorum Patrum Authoritatibus, Athanasij videlicet, Basilij, Cyrilli, Zachariæ Alexandrini, Ioannis Antiocheni, & aliorum.

4. *Idem asseritur à Iacobitis.* Iacobitæ quos sequuntur Armeni, Coptitæ, atque Æthyopes, in sermone de laudibus Fidei Iacobitarum, quem Cathechismo adnectere consuescunt, asserunt hunc Articulum de Processione Spiritus Sancti, à Patre Filioque definitum fuisse in tertia generali Synodo Ephe-

Ephesina hisce verbis

ومال اتكّلم عن ثاودسيوس الكبير اتكّلم عن
ابنه ثاودسيوس الصغير الملك المومن الذى جمع
المجمع الثالث المويد بروح القدس وبيّن اسامى الثلاثة
اقانيم فى الامانه وقال فيها وبالروح القدس الرب
المحيى المنبثق من الاب والابن المعبود له ومجد.

Quid loquar de Theodosio maiori? eloquar de filio eius Theodosio iuniore Imperatore fidelium; qui coegit Concilium tertium Spiritu Sancto confirmatum, & demonstrauit nomina trium personarum in Symbolo Fidei; & dixit in eo, & in Spiritum Sanctum Dominum viuificantem procedentem à Patre Filioque, adorandum, & glorificandum.

5. *Ostenditur Iacobitas non incõgruè profiteri Processionem Spiritus Sancti à Patre, & Filio fuisse definitam à III. generali Synodo Ephesina.*

Additio particulæ (Filioque) quamquam, neque extet, neque constet ex Ephesina Synodo, dogma tamen ipsum luculentissimè ibi asseritur Anathematismo 9. D. Cyrilli, & in defensione eiusdem aduersùs reprehensionem Theodoreti; vtrumque approbante Sacro Concilio. Ex quò loco desumpsisse quoque videtur Maronita Author Collectaneorum paulò ante relatus, rationes quamplurimas ad demonstrandum Spiritum San-

De Melchitis. Sanctum procedere à Patre, Filioque. Vnde ergò non incongruè quæstionem hanc de processione Spiritus Sancti à Patre Filioq; definitam atq; declaratam esse à tertia generali Synodo dicitur.

6. *Melchitæ cōsecrant in fermentato, et habent proprium Patriarcham.* Celebrant Melchitæ in fermentato, quemadmodum cæteræ Nationes Orientales, præter Armenos ac Maronitas qui Azymis vtuntur; Habent proprium Patriarcham Antiocheno titulo insignitũ; qui resìdet Damasci, neq; aliud nomen sibi assumit nisi proprium, cum inter ipsos non sit nomen Patriarchatui affixũ, vti est apud Nestorianos, Iacobitas, & Maronitas, vti suprà ostēsum est, & inferius ostendemus, habet sub se Metropolitas, & Episcopos per varias Syriæ Vrbes distributos.

CAP. IV. De Maronitis. Quarta denique Natio est illa *Maronitarum*, Christianorũ reliquiæ in Syria, qui Fidem, quam ab Apostolis susceperant, B. Maronis, ac eius discipulorum opera incorruptè seruarunt, dum totus fære Oriens errare, & à Fide Apostolica deficere quodammodo videretur; ob pestiferos insultus Macedonij, Apollinaris, aliorumque hæresiarcarum, qui

Ne-

Nestorium, ac Eutychetem præcesserant. Floruit Maro sæculo quarto, de quo Theodoretus in Philoteo Cap. 16. & alibi Maronem Presbyterum, & Monachum pietate, & miraculis celeberrimũ fuisse scribit, Illiusque præclaram vitam breuiter, eodem capite enarrat, ad quem S. Ioannes Chrisostomus, cum esset in exilio misit Epistolam, quæ est trigesima sexta, eiusque precibus se commendat. Varia beatus hic Abbas in Syria erexit Monasteria, quorum Monachi, ita quibusuis hæresibus ante, & post sui Parentis obitum restiterunt, vt ab omnibus Syris Orientalibus, Catholicæ fidei antesignani, & firmissima aduersus insurgentes hæreses vocarentur propugnacula, sicuti quintæ generalis Synodi acta declarant, ac præcipue illi, qui Monasterium insigne diuo Maroni dicatum inter Antiochiam, & Apameam incolebant, quod fuisse tamquam Princeps Monasteriorum Syriæ secundæ, legitur in actis eiusdem Synodi, & quanta passi sint ab Acephalis, Seuerianis, Eutychianis, nec non, & à Petri Gnaffei, idest Fullonis asseclis, qui in Trisagio Trini-

1. Maronitæ in Syria Catholicorum Antesignani.

2. Multa passi sunt ab Hereticis.

tatis

De Maronitis.

tatis Crucifixionem admittebant, constat ex trecentorum, & quinquaginta præfatorum Monachorum Martyrio, quorum memoria legitur in Martyrologio Romano die 31. Iulij. Factum hinc

3. *Maronitarum nominis Origo prima à S. Marone Abbate qui ipsos à cæteris Syris in hæresim, seiunctos in auita fide continuit.*

est, vt qui ex Syris non erant adhuc hæresum veneno infecti, & ad præfatos Monachos confluerent, ab alijs nationibus hæreticis, Maronitæ nuncuparentur, quia videlicet Catholicam illam fidem, ab Apostolis susceptam, & à qua nunquam desciuerant, B. Maronis eiusque Monachorũ opera incorruptè seruarũt.

In Imperio autem Constantini Pogonati, Maronitæ aliud nomen sortiti

4. *Maronitæ aliquando quare dicti sunt Mardaitæ.*

sunt, illud videlicet *Mardaitarum*, hoc est rebellium à verbo Syriaco ܡܪܕ *Mrad rebellauit*, quia Maronitæ cum essent à *Saracenis* assiduis incursionibus vexati, & perspecta pro eorum securitate Imperatoris incuria, Principem sibi elegerunt, qui valida armatorum manu propria authoritate inscioque Imperatore, Damascenam ditionem ab hostibus occupatam ingressus, totam illam planitiem à *Saracenorum* Tyrannide liberauit. Ob tantam hanc Principis auda-

ciam,

ciam, etsi in Saracenos excitatam, quia absque Cæsareo iussu, fuerunt Maronitæ à vicinis Nationibus nuncupati *Mardaitæ*, hoc est *rebelles*, hi enim vlla interposita mora, Libani iugis occupatis totam Phoeniciam, vndequaque in tuto posuerunt, & cum fama diffusa esset Saracenorum exercitum, inter Biblum, & Botrim ad maris littora castrametari; tam audacter hostes inuaserunt, *vt* terga vertere breue post certamen Saraceni sint coacti, & loco depulsi, *ac Muhauias* Saracenorum Princeps, & qui cum eo erãt, prout asserit Cedrenus sub Constantino Pogonato, *terrore perculsi ex Mardaitis, qui in Libano erant cogitantes Romanum Imperium diuino præsidio defendi, legatos ad Constantinum pacis petendæ Causa miserint*. Quæ omnia fusè ostendo à pag. 50. vsque ad pag. 66. in mea dissertatione *de origine, nomine, ac religione Maronitarum*, quam Romæ typis dedi Anno 1679.

Ob indefessos itaque prò Catholica Religione Monachorum Maronitarum labores, cum Dei Ecclesia, depressis ferè Seueri Acephalorumque erroribus, sedata 5.

Suscitatur in Syria Monophysitarũ hæresis Authore

Iacobo Baradæo, quem impugnat alter Maro, cui nomen primum Ioannes fuit.

data aliquantulum in Syria videretur, breues post inducias, vt ait Nicephorus, Iacobus Seueri Patriarchæ Antiocheni discipulus, tamquam nouum monstrum ex inferis erupit, qui Monophysitarum hæresim denuò petulanter suscitauit, ad quam contundendam, surrexit ex Monasterio B. Maronis, Ioannes Monachus, qui ob eius egregia facinora cognominatus est alter Maro ex nomine Monasterij, vt colligitur, ex titulo Arabicæ paraphrasis præfixo controuersijs eiusdem Ioannis aduersus hæreticos Orientales. Hic enim, & scriptis, & concionibus, ac disputationibus Iacobitarum odium, ita in se concitauit, vt ab illis in derisum vocatus fuerit مويرين hoc est *Maroninus*, vt videre est in eorum Catechesi, ex quo factum est, vt contumeliosè vocarentur Maronitæ ab hæreticis *Maronini*, quo vocabulo illos appellat Ayto Armenus in hist. Orient. cap. 14.

6. *Maronitæ dicti etiam aliquando Maronini, & quare.*

Nonnulli hic insurgunt authores, ac præcipuè recentiores, asserentes hūc Ioannem, nuncupatum Maronem, fuisse hæreticum Monothelitam negantem in Christo Domino duas voluntates, & operatio-

rationes, etsi in eodem admitteret duas naturas distinctas; à quo Maronitarum Natio denominata sit, valido vt ipsis videtur suffulti fundamento, authoritate nimirũ Vuillielmi Archiepiscopi Tyrij, qui lib. 22. belli Sacri cap. 8. ait Maronitas, sic dictos fuisse à Marone hæresiarca Monothelita, sicut legitur in sexta generali Synodo, in qua damnationis sententiam pertulerunt; & subdit eosdem Maronitas tempore, quo ipse suam scribebat historiam, cum per Annos fere quingentos Maronis errores fuissent sequuti ad vnitatem Ecclesiæ Catholicæ iterum rediuisse.

7. *Ioannes Maro à multis hæreticorum numero adscribitur, ducti authoritate Vuillielmi Tyri.*

Hæc willielmi authoritas, quæ adeò valet apud recentiores, quantum sit infirma dignoscitur ex Maronitarum existẽtia in Syria, qui ante hunc Maronem, & antequam Montelismus ortum habuerit, hoc nomine nuncupabantur, vt ostendo in citata mea dissertatione pag. 36. & seqq. vbi legenti patebit Iacobitas in sua Catechesi, dum loquuntur de Marone, asserere, eumdem professum fuisse duas in Christo naturas, ac duas voluntates. willielmus enim Tyrius, ea quæ de Oriẽtali-

8. *Expenditur Vuillielmi Tyrij testimonium, & confutatur.*

De Maronitis. talibus exarauit ipsemet fatetur in præfatione suæ historiæ desumpsisse ex Annalibus Arabicis *Said Ebn Batriq.* hoc est *Eutychij filij Patritij Alexandrini*, cuius mendacia, & fabulosæ enarrationes recensentur in citata mea dissertatione pag.25.& seqq. imò Eduuardus Prochokius earumdem historiarum interpres fatetur in præfatione, Eutychium multa fabulosa exarare. Hic enim Monotelitarum originem describens, cum ipse esset Melchita, ideoque Græcorum fautor, ne Patriarchis, & Præsulibus Græcis huius hæresis originem imputaret, asserit tom.2.Annal.Orient. Maronem fuisse Monotelismi caput, & author, quod confirmare conatur ex epistola Ioannis IV. Summi Romani Pontificis ad Heracliũ, & Constantinum Imperatores, vbi Pontificem illum de principio huius hæresis sic loquentem introducit. *Quod per ante annos circiter octodecim dicatur Cyrus Patriarcha Alexandrinus Maronis sententiam amplexus, videlicet Domino nostro Iesu Christo esse naturas duas, voluntatem vnam, atque operationem vnam.* Et inferius subdit; *qui autem asserunt duas esse naturas,*

9\. *Vuillielmus circa ea quæ scribit de Maronitis decemptus est ex falsis præmissis ab Eutychio Alexandrino desumptis.*

& vo-

& voluntatem vnam diuinitati Christi, & humanitati ipsius, nec non operationem vnam errant illi instar Maronis maledicti.

Quæ omnia quam fictitia sint, facilè colligitur, ex ipsamet Ioannis Papæ epistola, quæ legitur, tam in Codicibus Conciliorum Arabicis, quam in Collectaneis Anastasij Bibliothecarij, & citatur à Baronio, ac Bellarmino, vbi summus hic Pontifex nunquam hæc de Marone somniauit, & in ea nusquam nominatur. Qua fide autem Eutychius asserat Maronem Authorem fuisse, & caput Monothelitarum hæresis, satis omnes intelligunt, qui Ecclesiasticæ historiæ, vel limina salutarunt; Nemo enim est præter ipsum, qui id affirmet, vel ex historicis, vel ex sanctis Patribus; Repugnant Oecumenicis Concilijs, quæ nullum de Marone verbum faciunt, ac præsertim sextæ Generali Synodo, imò in Lateranensi Concilio sub Martino summo Pontifice consult. 3. legitur Theodorum Pharanitam fuisse huius hæresis Authorem, nihilque de Marone inuenitur.

10. *Confutantur Eutychij Alexandrini de Marone assertiones.*

Præterea si Maro author Monothe-

De Maronitis.

lismi fuit, si eius hæresim sequuti sunt Maronitæ, cur Patres, cur Concilia, cum recensent hæreticorum nomina, de ijs omnino silent? Cur saltem Ioannes Damascenus, qui in Hæreticorum Catalogo, non tantum Monothelitarum hæresim, sed eos etiam memorat, & accurate describit, qui ex ijsdem exorti sunt, Maronem illum, & Maronitas prætermisit? quos nescire non potuit, cum Damasco in suis Mõtibus immineret, quosque maxime memorare debuisset, vt hostes vicinos, & magni nominis, ac famæ; Cur qui ex Græcis scripserunt nullus eos inter hæreticos recenset; Certe Nicephorus Calixtus, qui Orientalium hæreses in sua historia Ecclesiastica, ac præcipue lib. 18. acri stylo insectatus est, de hoc autem Marone, ac Maronitis verbum nullum omnino fecit. Atque hæc cum ita sint non debuit willielmus Tyrius tanti Eutychium facere, eratque satius, vt primæ notæ authoribus, & Conciliorum testimonijs adhereret, & si vellet Orientalium Codices sectari, seligeret probatiores. Hic igitur willielmus postquám ea de Marone dixit, quæ supe-

11. *Nullo idoneo Teste probari potest Ioannem Maronem, & Maronitas Monothelitas fuisse.*

superius apertissimè cõfutauimus, subdit, Maronitas per quingentos ferè annos Monothelitarum hæresim fuisse secutos. Hoc enim non aliunde deducit, nisi ex his, quæ scribit Eutychius, quod videlicet Maro caput extitisset monothelitarum, & cum hæc hæresis fuisset damnata anno Domini 680. á sexta generali Synodo, supradictus quingentorum annorum computus ab anno 680. respondet anno 1182. quo willielmus, hæc de Maronitis exarauit, quo tempore ait eos diuina inspiratione ad cor redeuntes, anno nimirum 1182. languore deposito ad Patriarcham Antiochenum Haymericum, qui tertius Latinorum tunc eidem præerat Ecclesiæ, accessisse, & abiurato errore, ad vnitatem Ecclesiæ Catholicæ reuersos esse.

12. Vuillielmus Tyrius falsò asserit Maronitas per quingentos annos ante annum Domini 1182. Monothelitarum hæresim professos esse.

Quantùm hic Author à veritate aberret patet ex concordia, ac communicatione, quæ inter Maronitas, & summum Romanum Pontificem inerat in ipsomet Latinorum accessu in Syriam anno 1099. Godefrido Bullionio Duce, quod colligitur ex Missione facta à *Iosepho Giargesio* tunc Maronitarum Patriar.

13. Probatur ex communione, quæ inerat inter Maronitas, & summum Romanum Pontificem in ipso Francorũ accessu in Syriã Godifrido Bullionio Duce an. Dñi 1099.

De Maronitis.

triarcha ad Romanum Pontificem, post expugnatam à Latinis Hierusalem, ad quem obedientiæ litteras direxit, quibus summa cum lætitia exceptis à Romano Pontifice, per eosdem Nuntios Mitram, cum Baculo Pastorali, litterisque communicatorijs Iosepho transmisit, teste *Gabriele Qlaio* in Epistola ad Maronitarum Patriarcham *Simonem Hadtensem*, vbi sic *Cum Legatis Godefridi Regis peruenere Romam Legati Patriarchæ Iosephi Giargesæi, recepitque Mitram, & Baculum anno* 1100. Et ibidem subdit *Gregorium Alathensem* Patriarcham Maronitarum anno 1130. legatos misisse ad Innocentium II. summum Romanum Pontificem, vt gratularetur de exaltatione ad regimen Ecclesiæ, qui ad eumdem visitationis munere *Guilliel-mũ* Cardinalem legauit; & idẽ author in lib. *Confirmationis veritatis*, asserit Maronitarum Patriarcham litteras gratulatorias *Gelasio* summo Pontifici pro eius electione conscripsisse, quo Pontifice defuncto ab eius successore *Calixto* ann. 1129. responsum recepisse.

Ex allatis satis superque deprehenditur

ditur vnanimem rebus in omnibus tunc Maronitarum cum Latinis concordiam, & communicatorias epiſtolas cum ſummis Romanis Pontificibus ſemper interfuiſſe, quam communicationem, Romani Pontifices cum Maronitis haudquaquam fuiſſent proſequuti, ſi hæc Natio hæreſis labe tunc fuiſſet infecta, à qua immunem extitiſſe in ipſo Latinorum aduentu in *Syriam*, probatur, præter ea quæ ſuperius retulimus, ex acceſſu in Libanum Thomæ Haranitæ Syri Metropolitæ Kfartab in Diocæſi Aleppenſi, animo labefactandi Maronitarum fidem Monothelismo, vtque eos facilius peruerteret, quod contigit an. 1111. vti fusè oſtendo in citata mea Diſſertatione á pag. *69*. & ſequentibus vſque ad pag. 87. falsò eis ſuggeſſit Leonem Romanum Pontificem, & Maronem eiuſdem cum Monothelitis fuiſſe opinionis. Reclamauere aduerſus præfatum Thomam *Ioſeph* Maronitarum, de eo tempore Patriarcha Antiochenus, qui ſcriptis ad eundem litteris, in noua dogmata, & ab Orthodoxa fide alieniſſima grauiter inuectus eſt, cujus zelum haud impari co-

14. *Maronitas fuiſſe Monothelismo immunes in ipſo Francorum ingreſſu in Syriam, probatur ex acceſſu in Libanum Thomæ Metropol. Kfartabenſis, qui eodem tempore curauit eos labefactare Monotheliſmo.*

De Maronitis.

natu *Arsenius* Metropolita Accurensis, qui in Cœnobio S. Adnæ prope *Ianubh* in Diocæsi Bibliensi commorabatur; missa ad eundem epistola prosequutus est, vt notat Stephanus Edenensis Patriarcha Antiochiæ in his, quæ pro Maronitis contra Thomam Biatiensem eruditè exarauit; Tantis Aduersarijs Metropolita Kfartabensis oppugnatus, & ab omnibus coniunctis votis reiectus, ab vno tantùm Vici *Farsciaiæ* Curato, & à nonnullis alijs popularibus qui eius doctrinæ adhæserant Peregrinus iste, ac profugus excipi potuit. Quod autem willielmus fuerit deceptus, & in errorem facti inciderit, probatur ex eo, quod Maronitæ ante ingressum Francorum in Syriam duas voluntates inueniantur professi esse, vt palam est ex Dauid Archiepiscopo, qui floruit anno Alexandri 1370. qui est Chisti 1059. prout legitur in epistola Abbatis Ioseph, missa eodem anno ad præfatum Dauid, illum rogans, vt ex Syriaco Arabici iuris faceret Ecclesiasticas Syrorum constitutiones, quæ epistola extat in principio, earumdem constitutionum, quorum Codex

dex proſtat in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe, hic enim cap. 1. eiuſdem textus aſſerit, Maronitas duas in Chriſto voluntates admittere vbi ſic

الملكيه يتفقوا مع المارونيه فى نطق المشيعـــــين

Greci concordant cum Maronitis in prolatione duarum voluntatum.

Si igitur Maronitæ habebantur Orthodoxi antè annum 1184. imò ante ingreſſum Francorum in Syriam, nullius pænitus roboris redditur, quod aſſerit willielmus, Maronitas nimirum illo eodem anno, quo ipſe ſcribebat, poſt quingentos annos, quibus errorem Maronis fuerant ſequuti, ad vnitatem Eccleſiæ Catholicæ fuiſſe reuerſos, niſi fortè ſermonem haberet de ijs tantum, qui à Præfato Thoma Metropolita Kfartabenſi, vt ſuperius innuimus, fuerant Monotheliſmo infecti.

15. *Proponitur quod ſcribit Dominus De Moni pro Vuillielmo Tyrio, ſuper eo quod aſſerit de Maroni-*

Neque obſtat quod nuperrime deducit D. de Moni *in hiſtoria Critica de Religione, & Moribus Nationum Orientalium*, gallico ſermone Francofurti impreſſa, in qua cap. 14. contra meam Diſſertationem *de Origine, nomine, ac*

tis, & super res, quæ euenit de tempore, quo ipse Vuillielmus suam historiam exarabat.

Religione Maronitarum á me typis datam, sic scribit, cuius textum, vt ab omnibus percipiatur, fideli interpretatione ex gallico sermone exponam. *Quod magis consonum veritati apparet in Apologia D. Naironi pro illis suæ Nationis, est id quod producit contra testimonium Vuillielmi Tyrij, qui est Author valde exactus, & locutus est de hæresi Maronitarum tanquam testis oculatus; Pro certo ipse refert Vuillielmum, meliorem suæ historiæ partem sumpsisse ex Annalibus Said Ebn Batrik, aliter Eutychij Alexandrini, & quia Eutychius est parùm exactus in multis factis quæ narrat, mirum non est si Vuillielmus Tyrius in eundem ceciderit defectum. Eutychium asserit Faustus Naironus, pro certo referre Maronem Monothelitam floruisse sub Mauritio Imperatore, cum eo tempore Monothelismus haudquaquam adhùc cognosceretur; At si reijciendæ eßent authoritates Arabum historiarum propter eorum non exactam diligentiam in Chronologia, omnes penitus essent refutandi; de his enim de quibus est sermo, non tantum respicitur, & attenditur authoritas Vuillielmi Tyrij super eo, quod refert de Annalibus Eutychij, quàm proprium*

prium ipsius testimonium de re, quæ suo tempore euenit sub Aymerico Patriarcha Antiochiæ, qui curauit vt Maronitæ illius Regionis abiurarent errores, qui eis obÿciebantur.

Non enim ignoro abiurationem errorum Maronitarum, quam ipse willielmus refert, ipsum non sumpsisse ex Eutychio, cum euenerit illa ætate, qua idem Tyrius scribebat, sed in hunc incidit errorem ex falsis suppositis præmissis, ab Eutychio desumptis, cum enim præfatus willielmus haberet ex Eutychio, Maronitas cuiusdam Maronis hæresiarchæ errorem fuisse secutos, itaut ab eo dicerentur Maronitæ, qui vnà cum eorum Antesignano Marone, damnationis sententiam pertulerunt in sexta generali Synodo, cum ad eius aures peruenerit, Maronitas, qui Thomæ Monothelitæ, vt supra dictum est, adhæserant, errores abiurasse in manus Haymerici, opinatus est ex præfatis falsis præmissis ab Eutychio desũptis, Maronitas omnes in Monothelitarum errore extitisse, toti attribuens, quod parti vni minùs spectatæ, ac perduelli debebatur, & cum williel-

16. *Respondetur assertioni Domini de Moni, & probatur Vuillielmum Tyrium, super eo quod scribit de Maronitis inniti falsis suppositionibus ab Eutychio Alexandrino desumptis.*

De Maronitis.

lielmus magis intentus esset in Francorum gestis perscribendis, quam in perquirendis Populorum Orientalium moribus, & fide, leuiter, ac minus accurrate hæc attigit, vt videre est, vel ex isto vno capite, quod collectam contra eos sextam generalem Synodum, & damnatum in ea Maronem perhibet, qua de re, ne verbulum quidẽ extat in ea Synodo.

Fatendum igitur est ex his quæ willielmus asserit, *Maronitas* nimirum, post quadringentos annos, quibus hi in Monothelismo permanserant, *Diuina inspiratione ad cor redeuntes, languore deposito ad Patriarcham Antiochenum Haymericum accessisse, & abiurato errore ad vnitatem Ecclesiæ Romanæ reuersos fuisse* Intelligendum tantum esse de ijs, qui per aliquos tantùm annos, vt referunt Maronitarum historiæ, in errore, ratione supradicti schismatis detenti fuerant; facilius enim erat nouos delapsos, & in paruo numero ad fidei veritatem fuisse reductos, quam inueteratos per quadringentos annos, & in magno numero, vllo absque adiutore, concionatore nullo, sed per solam Dei inspirationem, illicò

licò omnes fidem Catholicam suscepisse, dum referente ipsomet willielmo, hæc Natio quadraginta millium dicebatur excedere quantitatem.

Quod autem nullus agnoscatur Maro Hæresiarca desumitur ex Cōcilio Florentino prout legitur in Actis eiusdem Concilij ab *Horatio Iustiniano* compilatis, in quibus par. 3. num. 20. habetur Constitutio Eugenij Papæ IV. in qua admittit fidei Romanæ Professionem factam per *Timotheum* Metropolitā Chaldæorum in Regno Cypri, qui vt ibidem legitur, *Nestoriani vocabantur, eo quod Nestorium sequebantur*; Suscepit rursùs eandem professionem habitam ab *Elia* Episcopo Maronitarum in eodem Cypri Regno, qui vti habetur in eadem constitutione erat assecla *Macarij* Monothelitæ, qui fuit in sexta generali Synodo damnatus, imò propter eius pertinaciam dignitate Patriarchali Antiochiæ expatriarchatus, in cuius locum Theophanes ab eodem Concilio suffectus fuit. Cū igitur in hac constitutione asseratur *Eliam* Episcopum Maronitam cum ijs, qui ei adhærebant, assèclas fuisse Macarij, 17. *Concilium Florētinum, & Eugenius IV. nullum agnouerunt Maronem Hæresiarchā.*

nul-

De Maronitis: nullum Maronem Hæresiarchã cognouit Concilium Florentinum, quemadmodum enim Eugenius Nestorianos à Nestorio vocitatos, pari modo Maronitas à Marone nuncupatos asseruisset, ex quo dignoscitur illud, quo diuisi sunt Maronitæ schisma (vti suprà enarrauimus) in Cyprum quoque peruasisse, vt fusé videre est pag. 96. & 97. meæ Dissertationis.

18\. *Ibidem desumitur Maronitarum nomen, non esse hæresis indicatiuum, quemadmodũ sunt nomina Nestorianorum, & Iacobitarum.*

Ex hac eadem constitutione deducitur nomen hoc Maronitarum non esse alicuius hæresis indicatiuum, habetur enim ibidem, *In primis quod nemo prędictos Chaldeorum Metropolitas, & Maronitarum Episcopum, eorumdemque Clericos, & populos, neque ex Populo, & Clero, quempiam de cætero audeat hæreticos appellare, aut Chaldæos de cætero Nestorianos nominare præsumat*, vbi notandum est mentem Concilij fuisse, Maronitarum nomen non esse hæresis indicatiuum, Decretum alioquin emanasset, vt nemo, Chaldæos, nec non & Asseclas Eliæ Episcopi Maronitarum de cætero Nestorianos, & Maronitas nominare præsumeret, sed tantùm prohibet, ne Chaldæi dein-

deinceps vocentur Nestoriani, cum hoc nomen sit sectæ hæreticalis indicatiuum, nulla facta prohibitione de nomine Maronitarum, quod si hæresis fuisset indicatiuum, sub eadem prohibitione nomen *Maronitarum* in hac constitutione extitisset.

Huius constitutionis Decreta secuti sunt cæteri Romani Pontifices Successores in expeditionibus, quæ passim fiũt in curia Apostolica pro Patriarchis Nationum Nestorianorum, ac Iacobitarum, vti legitur in mea Dissertatione à pag. 47. vsque ad pag. 49. vsus enim viget in Oriente, & Occidente, Hæreticos fidei catholicæ reconciliatos, si Occidentales sint, vti Lutherani, & Caluinistæ vocari *Catholicos* sin verò Oriẽtales, si Iacobitæ fuerint, *Syros*, si vero Nestoriani, *Chaldæos*, seu *Assyrios* nuncupari, & quamuis omnes esse Catholicos subentilligatur, hanc tamen Syrorum, & Chaldæorum, seu Assyriorum sortiuntur denominationem, tùm propter eorum Rituum diuersitatem, tùm quia sub diuersis sint constituti Patriarchis. Neque abs re hoc factum fuisse ab Ec-

19. *Hãc Constitutionem sequuti sunt cæteri Romani Pontifices in expeditione Bullarum.*

De Maronitis. clesia Romana dignoscitur, cum hæc in in expeditionibus, vti suprà, vi præfatæ Constitutionis, nomina hæresum indicatiua penitùs, ac omnino excludat. Maronitæ igitur cum modò hoc nomen non amiserint, & à Summis Pontificibus, tã ante, quam post Concilium Florentinum ab Innocentio III. videlicet hùc vsque eorum Patriarcha in Bullis Apostolicis nuncupetur, *Patriarcha Antiochenus Maronitarum* ex necesse consequitur hoc nomen *Maronita* fuisse semper Catholici nominis indicatiuum.

20. *Hæc Constitutio fauet Maronitis, cum suum nomen non amiserint.*

21. *Ostenditur Domino de Moni, Vuilielmum Tyrium in histörÿs Orientalium non fuisse satis accuratum.*

Quæ fides igitur willielmo Tyriensi præstanda sit ipsemet Dominus *de Moni*, vti assolet, prudenter iudicet, & in meam sententiam puto ipsum deuenturum si willielmum perspiciet in historijs Orientalium non fuisse satis accuratum, cum tanti fecerit Eutychium, vt illius adhæserit sententiæ, nulla diligentia adhibita an Maro vere fuerit Monothelismi caput, quod facile comprehendisset, si Concilium Romanum sub Martino I. ipsamque sextam generalem Synodum accuratius, vti par erat, fuisset perscrutatus, in quibus nulla facta mentio-

ne

ne Maronis, ne verbulum quidem extat, ipſum Monothelitarum caput extitiſſe, neque in vllo damnatum Concilio, & ex Sanctis Patribus, nullum fuiſſe Maronem hæreſiarcham pro certo habuiſſet, & per conſequens abiurationem errorũ Monothelitarum in manibus Haymerici Patriarchæ Antiochiæ Latinorum, quod euenit ætate, qua ipſe willielmus ſcribebat, non reſpicere totam Nationem, ſed partem minus ſpectatam ex Maronitis, quibus erroribus detenti fuerant haudquaquam per quingentos, ſed per aliquot tantum annos, ratione Schiſmatis inter eos exorti Thomæ Kfartabenſis opera, vti ſuperius demonſtraui, ac fuſius oſtendam in reſponſione à me parata pro mea edita Diſſertatione ad criticam ipſius Domini *de Moni*.

Secluſa igitur ab Orbe Chriſtiano, vti ex deductis patet Maronis hæreſiarchæ exiſtentia, qui nunquam fuit, firmum ſtat in ſuo robore, & Maronitas ſuam ducere Originem à Diuo Marone Abbate, eiuſque Monachis, de quo Sancto Viro mentio fit à S. Ioanne Chriſoſtomo, Theodoreto, & in Græcorum

Me-

De Maronitis.

22. *Natio Maronitarum nunquam desciuit ab Orthodoxa fide, quam ab Apostolis susceperat.*

Menologio, & eorum fidem fuiſſe ſemper Orthodoxam, & quæ in Maronitarum libris leguntur, non eſſe de nouo apposita, poſt enunciatam à Domino *de Moni* reconciliationem cum Eccleſia Romana, cum nulla extiterit hæc generalis reconciliatio Nationis, quæ nunquam à recto tramite deſciuit.

23. *Orthodoxa Maronitarũ fides validè obſtat contra modernos Sectarios.*

Quæ omnia ſicut ex vna parte Maroniticæ gentis fidem, & pietatem probant, ita validiſſimum argumentum ſuppeditant Catholicis Romanis cõtra modernos Sectarios, quis enim non videt antiquiſſima eſſe, & ab Apoſtolis deducta ea dogmata, in quibus perfectiſſimè conuenit cum Eccleſia Romana Eccleſia Maronitarum? quæ licet diuerſis vtatur cæremonijs, diuerſam habeat linguam, ac longo Terrarum, ac Marium tractu ab Occidentalibus diſtet, eandem tamen profitetur fidem, ac doctrinam, quam nunc Romana profitetur Eccleſia, & cum prouenisſe oſtenderim hanc Nationem ex Chriſtianis Syriæ, qui ab ipſiſmet Eccleſiæ incunabulis Catholicã fidem incorrupte retinuerunt, per hos, Deo fauente, ibidem conſeruandam eſſe

ſpe-

ſperamus, vſque ad ſæculorum conſummationem, eoq; magis cum cæteræ Nationes Orientales noſtro faueant inſtituto, dum licet ob errores, quos ſupra de ſingulis recenſuimus ſint ab Vniuerſali Eccleſiæ corpore diuulſæ, in reliquis tamen Catholicæ fidei dogmatibus, ac præſertim in ſeptem Eccleſiæ Sacramentis contrà Nouatorum opiniones, vnanimi conſenſu omnes cum Eccleſia Romana conueniunt, vt ex dicendis patebit.

Incolunt Maronitæ Phæniciam inclytam Syriæ Regionem, tàm in Sacris litteris, quàm apud Hiſtoricos celebrem, quæ ab Aquilone à Valania flumine vbi ſitum eſt Caſtrum *Marghat*, ſeu *Marqab* ſumit initium, & in longitudinem extenditur versùs Auſtrum, vltrà Carmelum montem, vſque Caſtrum Peregrinorum, quod modo *Tartura* nuncupatur; In latitudine verò à Mari Mediterraneo Orientem verſus vltrà Libanum montem, & Damaſcum, vſque ad Arabiam deſertam porrigitur. 24. *Phœniciæ deſcriptio, quam incolunt Maronitæ.*

Diuiditur in Marittimam, & Libanicam, in prima, quam abluit mare Mediterraneum includuntur Vrbes *Tyrus*,

De Maronitis. *Ptolomais*, seu *Accon*, *Sydon*, *Beritus*, *Botris*, *Tripolis*, & *Antaradus*, seu *Tortosa*, ac huius Regionis caput Teste willielmo est, *Tyrus*, de qua in Sacris paginis frequens fit mentio. Secunda, quæ est *Libanica* à Libano monte, qui in eadem erigitur sic dicta, continet Ciuitates *Damasci*, *Heliopolis*, quæ nunc *Baalbech*, *Archis*, vulgò *Arqa*, necnon & *Paneas*, seu *Cæsareæ Philippi*, caput huius Phæniciæ idem willielmus asserit, esse *Damascum*.

25. *De Fluminibus Pheniciæ, & Montis Libani descriptio.* Varijs Fluminibus vtraque Regio irrigatur, Iordano, Oronte, seu Arabicè *Aasi*, Eleuterio, seu *Litani*, Adone, seu *Damur*, Lyco, seu *Kalb* hoc est *Canis*, Fonte Hortorum, seu *Qadiscia*, hoc est *Sanctum*, & Valania, quæ vel à Libano, vel Antilibano ortum agnoscunt. Assurgit Libanus ad Orientem Vrbis Tripolis, tanta sublimitate, vt semper sit sidus niuibus teste Schoeffer in tractatu de Palestina, & alijs, de quo S. Hieronymus in Zaccariã; Nihil enim Libano in Terra repromissionis excelsius est, nec nemorosius, atque condensius; & in Osee 14. subdit eius arbores, quantum in auras consurgunt vertice, tantùm radices

dices in ima demergunt, vt nulla tempestate quatiantur, ideoq; propter eius fertilitatem amœnitatemq; magno eius videndi desiderio Moyses tenebatur, quem tamen non nisi procul è fastigio Montis Nebo à sexagesimo scilicet milliario spectare ei datum fuit; Hoc idem Libani nomẽ teste Brocardo, & alijs retinẽt omnes montes à Libano, vsq; ad montes Galaad, & Hermon in Palestina; ij verò Montes, qui inter Tyrũ, & Sidonẽ à flumine Eleuterio Tripolim versus ad Libani occidentẽ porrigũtur, *Antilibanus* nuncupantur.

Cedrus Libani celebratur passim in sacris paginis ob suam arboris crassitudinem, & odoriferam materiam, cariem non sentientem, & cum in ædificandis domorum tectis, & trabibus imprimis sit idonea, eis vsus est Salomon pro Templi Hierosolymitani Constructione, vt habetur 3. Reg. cap. 5. Imò Hebræi, vt ait Steuchus, & alij in expositione Psalmi 103. aiunt fuisse à Deo plantatas, quod deducunt ex eodem Psal. vbi legitur, *Et Cedri Libani, quas plantauit*, Cæterum omnium deliciarum genere, Oleo, Pecore, Frugibus, Celsis, ac Volatilibus, 26. *De Cedro Libani.*

De Maronitis. ita abundat, vt nil mirum si Genebrardus lib. 1. Cronic. An. Mundi 235. primam Orbis Ciuitatem in Libano extructam fuisse afferat, & idē asserit Adricomius Delphus in Theatro Terræ Sanctæ pag. 4. cuius hæc sunt verba: *Enoch Ci-*
27. *uitas in toto Orbe prima, quam Cain in*
Prima Orbis Ciuitas a Cain ædificata fuit in Libano. *Libano Monte ædificauit, murisque communiuit, atque ex nomine Enoch Primogeniti sui, Enoch vocauit.* De qua Vrbe mentio fit, Gen. 4. & communis traditio fert eius situm fuisse, vbi hodiè visitur Oppidum quod *Ban* nuncupatur, cuius rudera, vsque ad præsens vocantur مدينة الراس *Medinat Elras*, hoc est *Ciuitas Capitalis*.

28. *In tres partes diuiditur Phænicia.* Tota Phæniciæ Regio tres Prouincias constituit, *Tyriensem* scilicet, *Damascenam*, & *Tripolitanam*, quarum quælibet in varias diuiditur Partes. *Tyriensis*, quæ modo *Sidoniensis* dicitur ab Vrbe *Sidone*, quæ totius Regionis est Emporium, Diocœses amplectitur per oram marittimā à meridie *Bsciaram* cuius caput est Tyrus, & Diœcesim Ptolomaidis; ad Septentrionē verò *Beritensem*, vnà cum *Kesruan*, & circà Sydonem tres aliæ numerantur partes *Aqlim* scilicet *Elcharrob* hoc est Clima

ma *Siliquarum* ad Septententrionē *Aqlim Eltffabb*, id est Clima *Pomorum* ad Ortū, & *Aqlim Elsciumar*, Clima videlicet *Foeniculorum* ad meridiem, quorum omnium frugum, solum illud est feracissimum. Ad Orientē inter Tyrum, & Sidonem incipit Regio *Traconitidis*, quę *Sqif* nuncupatur, quod idem arabicé sonat, ac græcè τροχῶν idest *Saxosus* interpretatur; Huic adiacet Orientem, & Septentrionē versus in ipso Antilibano *Drusorum* populorum Regio cuius principalis pars dicitur *Sciuf* quam interluit flumen *Auel*, seu *Leon*, in qua eorum Princeps *Ebn Maan* residet, *Emiri* titulo decoratus, cæteræ verò huius Regionis partes sunt *Giord*, *Matn*, *Sciebbar Elmatn*, *Garb*, *Sciebbar Elgarb*, quarum vnaquæq; pars vnà cum *Vuadettein*, licet hæc ad Damasci ditionem pertineat, proprios habet Magnates, qui ferè omnes à supremi Emiri Ebn Maan oraculo dependent quem Turcæ vocant *Manogli*.

Sunt *Drusi*, vt communis Modernorum fert opinio, Francorum Christianorum reliquiæ, qui Bullionæo Duce Palestinam cum Hierosolyma è manibus infidelium recuperarunt, hodiè tamen

29. De Populis Drusis, & de eorum origine.

De Maronitis. à ſuis maioribus vita, & fide multùm degeneres, nulliuſque Religionis cenſentur, neque enim Chriſtianam, neque Mahometanam amplectuntur; Præputiati quidem ſunt, Saluatorem Chriſtum non agnoſcunt, ſed Prophetam quemdam nomine *Iſman* colunt, & venerantur, non habent Templa, & Animarum tranſmigrationem cum Pytagora admittunt, in armis ſtrenuiſſimi, Chriſtianis, & Maronitis, & Melchitis confæderati, à Iugo Turcico viuunt immunes, & libertate fruuntur, vt notat Cotouicus in Itinerario Hieroſolymitano cap. 27.

30. *De Prouincia Damaſci.* Secunda Prouincia, quæ eſt *Damaſcena*, ab Vrbe Damaſci olim totius Syriæ Metropolis continet ſub ſe *Gutam* inferiorem ad meridiem, & *Gutam* ſuperiorem ad Septentrionem, vná cum Regione *Palmyrena*, quæ nunc *Thodmor* nuncupatur, & ad Occidentem Diocœſim *Heliopolitanam*, quæ *Baalbech* dicitur cum adiacenti terræ tractu ſatis amplo *Bqaa* vocato, per quorum mediũ *Eleuterius* flumen vulgò *Litani* excurrit, cõputantur etiã in Damaſcena tres aliæ partes, ſcilicet *Vuadettein* in qua ortũ habet

bet Iordanes *Margijun*, & *Hhuran*, omnesque in Regione Traconitidis includuntur teste Gotouico.

Tertia Prouincia est *Tripolitana* ab Vrbe Tripolis Syriæ, protenditur hæc ad Meridiem, vsq; ad Pontem *Maameltein*, hoc est *duorum Dominiorum*, & ad Septentrionem ad flumẽ Valaniam ad Castrum *Marqab*. Diuiditur in Marittimam, & Montanam. In prima ad meridiem Vrbis Tripolis quatuor includuntur partes, prima dicitur *Ftuhh*, quæ est Ponti *Maameltein* contermina, qui Pons *duorum Dominiorum*, ideo vocatur, quia est terminus Sidoniensis, & Tripolitanæ iurisdictionis, secunda est Diocœsis *Beritensis*, tertia *Botrensis*, quarta est *Kura*, cuius incolæ ad maiorem partem sunt Melchitæ. Ad Septentrionem verò eiusdẽ Vrbis aliæ connumerantur partes, *Zeuie* scilicet, & *Giun* in qua sita est Vrbs *Arqa*, cui adiacet Diocœsis *Anteradẽsis* ab Vrbe *Antarado* vulgò *Tortosa*, in cuius Territorio *Assisinij* Populi conspiciuntur, qui sic dicti putantur ab Oppido *Saisenia* non procul ab ea, de quibus metio fit à willielmo Tyrio, & ab alijs, qui historiam belli Sacri conscripserunt;

31. De Prouincia Tripolitana.

32. De Populo Assisiniorum, qui à nonnullis Assassinij vocantur.

De Maronitis. Suntque ijdem, qui nunc *Kalbini*, seu *Neßerij* nuncupantur, vti vult Ioseph Besson in Tractat. 7. Soriæ Sanctæ capite 1. hi enim diffusi sunt per Planitiem *Laodicenam*, & per montana Orontem versus vulgò *Aasi*, Principemque habent, qui *Sciech* hoc est *Senior* nuncupatur, Templarijs equitibus annuum pendebant tributum, à quo vt liberarentur Christianismum se amplexuros anno 1173. regnante Almerico Rege Hierosolymæ, polliciti sunt, quod cum Equites non admitterent, túm ordini, tùm Regno Hierosolymitano perniciem attraxerunt; Nulli patet quæ nam sit eorum fides, asseruntque Deum nemini reuelandam esse fidem præcepisse, ideoque cum Christianis se esse Christianos profitentur, & cum Turcis Turcas.

33. *De Regione Libanica.* In Montanis ad Orientem Tripolis est Regio Libanica *Giobbet Bsciarrai* vocata, in quà Libanus Mons assurgit, ad cuius radices in Monasterio *Canobinensi* residet Maronitarum Patriarcha, est Regio satis ampla, quam *Fons Hortorum*, vulgò *Qadiscia* hoc est *Flumen Sanctum*, intersecat. Eminet in ea *Eden* quæ *Para-*

disus

disus interpretatur; à quo parum distat Monasteriū sub inuocatione SS. Sergij, & Bacchi, quod dicitur *Dair Ras elnahr* vbi residet Episcopus, qui *Edenensis* titulo nuncupatur. Hanc sequuntur duo loca principaliora *Bsciarrai* nimirum, & *Hbadet*, quæ tanquam Vrbes antiquitùs reputabantur. Bsciarrai huic ditioni nomen imponit, quæ ab ea, Giobbet *Bsciarrai* nuncupatur, vt distinguatur ab alia, de qua infrà, quæ *Giobbet Elmneitra* dicitur. Erat *Bsciarrai* Arce munita nunc penè diruta, in qua ad nostra vsque tempora Princeps Maronita residebat, qui *Mqaddem* titulo præfulgens, toti huic Regioni hæreditario Iure erat Præsidens, qua familia extincta, eiusdem Præsidis nominatio, ad libitum, & ad nutum Basciæ Tripolitani deuenit. Est enim obseruatione dignum in Bsciarrai, nec non in Oppido *Hesron*, quod parum ab ea distat, & in tribus alijs Vicis, & Pagis huic adiacentibus, quod nimirùm eius Incolæ Idioma antiquum Syriacum, seu Chaldaicum retinuerunt, & vsque adhuc retinent, quo Viri, ac Mulieres passim loquuntur, cum in Phænicia,

34. *Chaldaicum Idioma in Phœnicia inter Vulgum deperditum, retinetur tantùm in Bsciarrai, & in aliquibus Libani pagis.*

De Maronitis. nicia, imò in tota ferè Syria à Saracenorum in eam ingressu ita hoc Idioma, quod inter Vulgum erat proprium, deperditum est, vt non nisi arabica lingua pro vernacula habeatur, & in Sacris obeundis tantùm, ac officijs Ecclesiasticis Syriaca lingua remansit. *Hhadet* modò penè orbata populo valde in Maronitarum Chronicis celebratur encomijs, ob validissimã per septẽ annos oppugnationem ab eius Incolis aduersus Saracenos initam. Ad Libani meridiem adiacet *Giobbet Elmneitra* à diruto oppido *Mneitra* sic dicta, in qua est *Aqura*, ibiq; residet Episcopus, qui *Aqurensis* titulo vocatur. Ad eiusdem Montis Septentrionem tres aliæ connumerantur partes *Dannie* videlicet, & *Accar*, quæ à flumine *Bered* hoc est *frigidum* ab inuicem diuiduntur, tertia *Draib* nuncupatur.

Omnes has Phænicia partes sparsim incolunt Maronitæ cum alijs Nationibus Orientalibus, ac præsertim Melchitis permixti, cum de alijs Nationibus pauci in Phænicia inueniantur, præter Turcas, qui eam dominantur, modo autem ob nimiam Tyrannidem, qua Maro-

ronitæ, qui in montanis sunt, à Mahumetanis premuntur, innumera ferè loca deserentes per varias Syriæ Vrbes extrà Phæniciam se contulerunt, *Aleppum*, scilicet, *Apameam*, vulgò *Hhama* suprà Orontem, *Laodiceam*, *Hierosolymam*, & alibi, vbi in sericis conficiendis pannis, maximum, sua industria, & opere quæstum faciunt. Nonnulli autem ne à Phænicia discederent, in *Drusorum* Regionem, nec non in *Kesruan* sub Emiri patrocinio, qui eos amore prosequitur, aufugerunt, vbi multæ ex eis visuntur familiæ, ac præsertim in Kesruan, in qua non pauci ex Maronitis extant Magnates, qui sæpè sæpius eidem præsident Regioni, quæ satis ampla est, ac opulenta à Lyco flumine vulgò *Kalb*, hoc est *Canis* in duas diuisa partes, illa quæ Septentrionem respicit vocatur *Kesruan Gazir*, cuius omnes incolæ sunt Maronitæ, alterã verò partem versùs Meridiem, quæ dicitur *Kesruan Bekfaia*, Maronitæ cum Melchitis permixti inhabitant, quam denominationem desumunt à *Gazir*, & *Bekfaia*, quæ primum occupant locum in præfata Regionis diuisione.

35. *Maronitæ etiam extrà Phæniciam inhabitant.*

In

De Maronitis.

36. *Quo tempore Maronitæ se contulerint in Insulam Cypri.*

In Regno quoque *Cypri* nonnulla Oppida, ac Pagi numerantur à Maronitis habitata, qui è Palestina, & Phænicia profugi, capta à Saladino Hierosolyma in hanc Insulam appellentes, sedem ibidem fixerunt, vbi tractu temporis cum inter eos proprium idioma sit deperditum, non nisi lingua græca modo loquuntur, quæ est huius Regni vernacula; in Sacris tamen obeundis lingua vtuntur Syriaca, quam in Officijs Ecclesiasticis semper seruarunt illibitam.

37. *De Patriarcha Maronitarum, de Metropolitis, & Episcopis.*

Proprium habent Patriarcham in Monasterio Canobinensi in Libano residentem, ex Episcoporum Collegio ipsis suffragantibus eligitur, & quandoquidē vbi congregantur in electione, aliqui ex Nationis Magnatibus adstant ad sedandas, si quæ oriantur in ipsa electione controuersias; Electus à Sede Apostolica Romana confirmatur, & Ecclesiæ Antiochenæ titulo vnà cum Pallio, ac Pontificalibus indumentis decoratur, additq; proprio nomini illud *Petri* in honorē Apostolorum Principis, qui fuit Primus Antiochiæ Episcopus. Quinq; sub se habet Metropolitas Tyriensem nimirū,

Da-

Damaſcenum, Tripolitanum, Aleppenſem, & Nicoſienſem in Cypro, cum nonnullis alijs Epiſcopis Sidonenſi videlicet Beritenſi, Biblienſi, Botrienſi, Edenenſi, Accurenſi alijſque, qui licet ſint Metropolitarum Suffraganei, nullum tamen Superiorem, quam Patriarcham agnoſcunt, quod idem obſeruatur à cæteris Chriſtianis Orientis Nationibus; Horum opera, & conſilio Patriarcha, in Religionis, & Fidei cauſis vtitur, eoſque, ſi ratio poſtulat, ad ſuæ Curæ commiſſas oues, per Syriæ Vrbes, & Oppida, ablegare ſolet, & quamuis ad proprias reſidentias non ſint adſtricti, attamen prout Eccleſiæ neceſſitas exigit, diſcurrunt, multitudinem moderantur, & Patriarchæ mandata exequuntur.

Plura numerantur Monachorum Monaſteria, quorum omnium antiquiſſimũ eſt illud *Quzhhaiæ* in *GiobbetBſciarrai* in Libano, Monachi ſunt Ordinis S. Antonij Abbatis, Caputio, ſeu cucullo, & nigra Tunica induti; alia viſuntur Monialium Monaſteria eiuſdem Ordinis abſque clauſura, præſertim in Regione Keſruanenſi, in qua celebre eſt il- 38. *De Monachis, & Monialibus.*

lud

De Maronitis. lud S. Ioannis *de Hbrasc* funditùs erecti à Iosepho Accurensi Maronitarum Patriarcha Antiocheno.

39. *De Diuinis Officijs, quæ à Maronitis recitantur.* Recitationi Diuinorum Officiorum, ac etiam horis nocturnis tam Clerici, quam Seculares, vt plurimùm adstant, quin imò, & ipsæ mulieres; Præter Officium feriale, & de Sanctis, extat apud Maronitas Officium propriũ valde prolixum totius Quadragesimæ, in tribus tamen hebdomadibus ante Quadragesimam memoria agitur Defunctorum hoc videlicet ordine; In prima hebdomada fit Commemoratio Sacerdotum, aliorumque ex Clero, in secunda Monachorum, & in tertia reliquorum Defunctorum, vt videre est in peruetustis Codicibus Syriacis noui Testamenti, qui extant in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe, nec non in illa Medicea S. Laurentij Florentiæ, & alibi in quibus indicantur Lectiones, & Euangelia pro his tribus hebdomadibus disposita pro Defunctis.

40. *Ieiunium incboatur à Dominica Quinquages.* Inchoatur Ieiunium à Dominica Quinquagesimæ per septẽ integras hebdomadas, in quibus tamen dies Sabbati

non

non ieiunatur, neque in diebus Festis, qui hoc tempore occurrunt, in festo videlicet *S. Maronis* quod celebratur die 9. Februarij, neque in festo quadraginta Martyrum, quod est de præcepto, neque in die Annunciationis B. M. V. In reliquis anni temporibus fit abstinentia à Carne, & Laticinijs per 14. dies ante festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli; idemq; obseruatur ante Assumptionem B.M. V. & per 20. dies ante Natiuitatem Domini, idem fere ritus viget apud cæteras Nationes Christianas Orientis, & nonnulli ex Monachis strictioris obseruantiæ se à lacticinijs abstinent per decem dies ante Pentecosten, quod antiquitùs erat omnibus commune tam Ecclesiasticis, quam Secularibus.

In primis tribus hebdomadibus Ieiunij, totum fit Officium de Ieiunio, deque eius vtilitate cum Euangelijs, ac Lectionibus ad illud accommodatis. In quarta, & quinta hebdomada de Miraculis D. N. Iesu Christi. In sexta de festo Palmarum, & in septima de Passione Domini; in qua nulli in Ecclesia tribuitur Pax, nec se mutuò toto eo tem- 41. ***Distributio Officij diuini in Ieiunio, & in Dominicis ante Natiuitatem Domini.***

pore

De Maronitis. pore ſalutant, nec Sacerdotum manus deoſculantur.

In Dominicis etiam ante Natiuitatem Domini celebrantur ea myſteria, quæ Chriſti Natalem præceſſerunt, Apparitio nimirùm Angeli ad Zacchariam, Annunciatio B. M. V. Viſitatio eiuſdem ad S. Eliſabeth, Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ, & Apparitio Angeli ad S. Ioſeph, de quarum ſingulis eſt Officium propriũ, licet modo præfatorum myſteriorum recitentur tantùm commemorationes.

42. *De Feſtiuitatibus, & quomodo celebrētur.* Celebriorum Sanctorum Orientis, vti S. Antonij, S. Georgij, aliorumque bis in anno dies feſtus agitur, die ſcilicet Natalis eorum, & alijs diebus, commemorationis eorumdem, quod etiam apud Græcos obſeruatur, vt videre eſt in eorum Menologio. In Epiphania celebratur tantùm Chriſti Baptiſmus, & ſequenti die, feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, quemadmodum poſt Domini Natiuitatem fit dies feſtus B. M. V. Dei Genetricis. Et hæc ſunt quæ de ſupradictis Nationibus non niſi ex vetuſtis Syrorum, & Chaldæorum Codicibus eruimus, & in ſequentibus eruemus.

EVO-

EVOPLIA

FIDEI CATHOLICAE ROMANAE.

HISTORICO-DOGMATICA

PARS SECVNDA.

De ſeptem Eccleſiæ Sacramentis.

ORientalium Chriſtianorum Vetuſtiſſima prò Catholica Religione monumenta quanti facięda ſint, vel ipſa Nouatorum in ijs conquirendis ſtudia, ſumptus, & labores oſtendunt; Hi enim tamquàm vulpeculæ Vineam noſtram demolientes, peruetuſtos Orientalium Codices ſemper ſcrutantur, ac rodunt, illiſque tamquàm telis fortiſ-

1. *Codices Orientalium apud ipſos hereticos magno habentur in pretio, ideoq;ad confirmanda ſua dogmata paſſim ab ijſdem corrumpũtur.*

ſimis nos oppugnant, dum vt notat Abraham Echellenſis contra Seldenum, & Hottingerum, & in notis ad Cathalogum Hebediesu aduerſus Bootium, necnon Leo Allatius contra eumdem Hottingerum falſis interpretationibus ſincera veræ Religionis dogmata corrumpentes, vitalibus è fontibus perfidiæ ſuæ hauriunt venena, quibus primi correpti, ſuperbiæ vento inflati, necem quam alijs intentant ſubire coguntur, vt indè, ſed quàm irrito conatu, hæc Patrum inſtituta, hos ritus, & Sanctiſſimos mores nulli Chriſtianorum cætui fuiſſe cognitos, ſed meras eſſe Romani Pontificis traditiones, ac Nænias nuper excogitatas euincant, nec vereantur ſerio, elatoque ſupercilio Orbi Chriſtiano venditare, Chriſtianos Orientales ſecum in fidei Articulis, ac Ritibus conuenire, vt Eccleſiæ Romanæ tollant authoritatem, & ſua confirment, aliorum nomine commenta, & impietates, quorum impudentiam perſtringit Arcudius lib. de Euch. c. 2. vbi præ cæteris Petri Pſeudo Martyris, & Kemnitij temeritatem redarguit, dum Græcos admirabilem Pa-

nis

nis in Corpus Christi mutationem negasse impudentissimè comminiscuntur, cum in hoc articulo adeò concors, & vnanimis fuerit vtriusque Gentis sententia, vt in tam diuturno, & obstinato dissidio nunquam de hoc fuerit dubitatum.

Vaferrima horum ingenia, & subdolas artes ad viuum expressit Io: Roffensis in lib. de veritate Corporis,& Sanguinis Christi,qui asserit huius nostri Æui Hæreticos ad sua confirmanda dogmata passim vti Strophis, Technis, & Sycophantijs, ideòque nullus Author quantumuis apertè scribens producitur,quem illi suis præstigijs non in partem suam impudentissimè detorqueant,hisque non contenti truncatim recensent authores, ac fœde mutilant, nunc initium alicuius testimonij surripientes, quòd alioquin maximam lucem afferret, nunc caudam, ex quà totius negotij intellectus pendet abscindentes, aliquoties in medio Verbum, aut sententiam integram expungentes, quod si nihil hac arte se profecturos suspicentur, & maximè cum Authoris cuiuspiam receptissima sit existi-

2. *Hæreticorum dolus, et astus in textibus recensendis.*

matio, tum libris aliquot eiusdem Authoris ob stylũ cauillatur, propter quod, & eos velut suppostitios reijciant, aliquando enim si verbum vllum in aliquo cuiusuis Authoris testimonio, quamtumuis prolixo per vim trahere possint in partes suas, quasi totum pro se fecerit protinus videri intelligunt, aliquoties etiam frustum aliquando cuiuspiam Authoris citant pro se, quum tam præcedentia, quam sequentia palam eorum condemnent hæresim, neq; erubescunt, quod omnium pessimum est ipsiusmet noui Testamenti corrumpere textus, vt videre est apud Gabrielem Prateolum in vita Lutheri.

3. Orientalium Syrorum Ecclesiæ assensus cum Occidentali de Septenario Sacramentorum numero, aliјsque fidei dogmatibus.

In istorum itaque confusionem in arenam descendat, atq; loquatur Orientalis Chaldæorum Ecclesia ab Apostolis instituta, Ritibus à Romana Ecclesia diuersis, hucusque non sine summa Dei Prouidentia retentis, & conseruatis, quæ de supradictis Catholicę Fidei dogmatibus nunquam iuit inficias, vt videre est in sectionibus capitum textus Syriaci, tum etiam in Breuiarijs, librisque Diuinorum officiorum antiquissimis, ieiunia, absti-

abstinentiæ, liberum arbitrium, bona opera, Purgatorium, veneratio Crucis, & aliorum memoria Sanctorum; Primatus summi Pontificis, frequentes oblationes, seu missarum celebrationes, preces prò Defunctis, diuinorum Officiorum recitandorum consuetudo, & alia huiusmodi quam plurima manifestissimè confirmata videbuntur, quod Bellarminum non fugit, dum lib. 2. de Verbo Dei cap. 4. loquens de Versione Syriaca noui Testamenti ait *Vnum tamen, & præter alia eius editionis commodum insigne, quod cum in titulis, ac sectionibus capitum mentio fiat Ieiuniorum, venerationis Crucis, precum pro Defunctis, vigiliarum, memoriæ Sanctorum, aliarumque eiusmodi rerum, quas Lutherani tamquam Romani Pontificis traditiones detestantur, apertissimi mendacij hæc ipsa editio Lutheranos conuincit;* quodque mirandum planè est, omnes Christiani Orientales Chaldæi quotquot sunt, & cuiuscumque persuasionis, nempe Maronitæ, Nestoriani, Dioscoristæ, Iacobitæ, alijque de supradictis Catholicæ fidei articulis dubitauerit nemo, vti infra osten-

4. *Nouatores confutantur ab ipsis hæreticis Orientalibus.*

 demus,

demus, & si quis extiterit tamquam hæreticorum albo adscriptus sit, habitus, & damnatus, & cum istæ Nationes longè, lateque inter se terrarum spatijs sint dissitæ, varijs imbutæ moribus, & quod caput est, vt ait præfatus Echellensis in Præfatione Cathalogi Hebediesu inueterata, intima, atque incredibilia tam inter se, quam cum Ecclesia Romana exerceant odia, nequaquam fieri potest, vt ea Dogmata, vel seorsim, vel coniuncta opera confingere potuerint, ex quo colligitur non esse humana commenta, sed Diuinas, & Apostolicas traditiones ab ipsis Ecclesiæ primordijs, & incunabulis. Quis enim cordatus, ac prudens, & rerum diuinarum, humanarumque vtcumque peritus sibi persuadere possit huiusmo di ritus, ac dogmata tamquam Diuina, & Apostolica agnosci ab huiusmodi diuersis Nationibus, semperque ab eorum Patribus agnita fuisse, nisi talia essent? Imò huiusce nostri Æui Hæresiarchæ de nouis sunt arguendi figmentis, ac iure meritó *Nouatores* nuncupandi, dum sua dogmata pro arbitrio in dies excogitant, & quamuis tela in Catho-

tholicam Dei Ecclesiam vibrare conentur, irrito tamen conatu, in eius enim gratiam totus Oriens, ac præcipuè Chaldaicus accurret innumeris propemodum constipatus militibus, & ducibus, qui doctissimis scriptis quoscumque oppugnantium conatus, & impetus acie clypeata retundent.

Verùm, vt solidè, occulatéque procedatur prænotare placet Orientales Chaldæos ab ipsismet Apostolis Christiana Sacra recepisse; ideòque eorum ritus, ac instituta ab ijsdem eis tradita fuisse, quæ vsque adhuc, ac præsertim modum conficiendi Sacrosanctum Missæ Sacrificium incorrupte semper retinuerunt, ac retinent; Omnes enim Liturgia Sancti Iacobi Apostoli in dies vtuntur, quæ omnia affirmat Marcus Antonius Cardinalis Amulius in Epistola de mandato SS. anno 1562. scripta ad Concilium Tridentinum, quà illud certiorat Romam se contulisse Dominum Hebediesu Patriarcham Mausul Assyriorum Orientalium electum á Clero, & eorum Populorum Consensu, qui finitima Tygri fluuio loca incolunt, vt á Pontifi-

5. *Syri, seu Chaldæi Christiana receperunt instituta ab Apostolis.*

tifice Maximo confirmaretur, qui recognitis litteris, ac Testibus fide dignis fuit à summo Pontifice Patriarcha declaratus in Concistorio proponente ipsomet Cardinali Amulio, qui in eadem epistola post huius facti descriptionem sic habet; *Hic sæpe de Sacris litteris interrogatus, grauiter admodum, & copiosè respondit magna omnium admiratione, qui sententiam eius verborum ab interprete audiebant, eosque se habere dixit libros omnes veteris, & noui Testamenti, etiam quos Hæbrei, aut Hæretici non probant; antiquos Doctores Græcos, & Latinos eosdem fere, quibus nos vtimur, Chaldaicè, Syriacè, aut Arabicè versos diligenter legisse, nonnullos etiam, quorum nomina a nobis ignorantur; addebat hoc in* Caramit *Turcarum Ciuitate libros esse ab ipsa ferè Apostolorum ætate conscriptos, qui nunc in quadam Bibliotheca custodiuntur, summa profectò Dei beneficentia licet agnoscere, quod in tam longinquis Regionibus, quæ nobis vix fama notæ sunt, veræque fidei cultus adhuc vigeat, & Christiana Religio non minore fortasse, quàm apud nos pietate excolatur, conseruata doctrina, quam per ea loca Beatorum*

torum

torum Apostolorum Thomæ, *&* Thadæi *pijs Sermonibus dissеminatam*, *&* Mari *eorum Discipuli prædicationibus confirmatam*, *hic Patriarcha ita asseuerabat*, *& etiam id se scriptis probaturum promitteret*; *Sacramentis aiebat vti se*, *ac Populos illis ijsdem ferè*, *quibus nos*, *Confessione Auriculari*, *Precatione pro salute Mortuorum*, *Canone ijsdem ferè verbis in celebranda Missa*, *Consecratione prorsus eadem*, *Imagines quoque Sanctorum pijs precibus venerantur*, *fideles autem huic Patriarchatui subiecti dicunt esse*, *vsque ad ducenta millia*, *quo argumento*, *etiam præter sexcenta alia*, *inania improborum hæreticorum commenta refelluntur*, *cum per Annos mille quingentos Ecclesiæ dignitas*, *ac Doctrina salutaris apud Gentes à nobis tot terrarum interuallo disiunctas*, *in tanta rerum*, *Regum*, *& Regnorum mutatione*, *Religionis varietate sub infidelium graui*, *& iugi per iniurias*, *& contumelias vexatione in medio Barbariæ*, *eadem tamen ad hanc diem permanserit*, *quæ nunc à Gentibus nobis propinquis oppugnatur*; Quæ omnia à præfato Cardinali descripta, antiquissimis Chaldæorum fulciuntur auctoritatibus desumptis

ex

ex Scriptoribus Chaldæis, seù Syris, tùm antiquitate, tùm præstantia minimè contemnendis, quorum aliqua exemplaria in Bibliotheca Vaticana, alia in illa Collegij Maronitarum de Vrbe, alia inter Abrahami Ecchellensis libros extant; At verò ne sub assueto eorum falsitatis Clipeo sese tutos ostendant hæretici asserendo quamplurima ex præfatis Catholicorum dogmatibus esse de nouo inuenta, Romanæ Ecclesiæ decretis, ideò Officiorum prius, Ritualium, ac Liturgiarum Chaldæorum antiquitatem, nec non Authorum citandorum tempora, atque ætates necesse est accuratissimè prænotare.

6. *De Antiquitate Diuinorum Officiorũ in Syria.*

Diuina Chaldæorum, ac Maronitarum præcipuè Officia in duas diuiduntur partes, in Officium nimirùm de *tempore*, quod continet hebdomadale, seù feriale vna cum Officio Quadragesimæ, & maioris Hebdomadæ; Alterum est Officium Festorum de Sanctis; omnium autem antiquissimum est illud Hebdomadale feriale, quod (vt communis fert Orientalium traditio) ab Apostolis, vel ab eorum Discipulis Chaldæi receperũt,

eò

eò quia cum in Syria, ac in Regionibus illi contiguis primum Christiani floruerint, necesse est illis etiam Populis ab Apostolis traditas fuisse precationes, quod colligitur ex Orationibus ipsiusmet Officij Hebdomadalis, vbi passim variæ leguntur precationes, quibus Deū orant, vt liberentur à Gentilibus, & Idololatris, à quibus tunc erant Syrorum Populi circumsepti, quòd Apostolorum euenit temporibus, ante exortas in Oriente hæreses, cum de his nulla in ijsdem fiat mentio; legitur enim in Oratione Incarnationis ad Nonam Dominicæ

ܐܥܒܪ ܡܢܢ ܢܝܪܐ ܩܫܝܐ ܕܥܡܡܐ ܚܢܦܐ ܘܦܪܘܩ
ܠܢ ܡܪܝܐ ܐܝܟ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܡܨܪܝܐ
ܚܙܝ ܫܘܠܛܢܐ ܕܥܡܡܐ ܚܢܦܐ ܕܡܫܢܩܝܢ ܠܢ
ܘܐܠܨܘܬܐ ܕܚܕܪܢ ܠܢ ܡܢ ܟܠ ܓܒܝܢ.

Trāsfer à nobis iugum durum Gentilium, & libera nos Domine, sicut Israel ab Ægyptijs, vide Gentilium Tyrannidem, qui nos cruciāt, ac angustias, quæ nos ex omnibus lateribus circumdant. Et in Matutino feriæ sextæ

ܗܐ ܒܫܠܡ ܕܥܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܠܘܬܟ ܐܬܒܠܝ ܓܒܝܢ
ܘܡܘܢܝܢ.

ܘܡܬܟܫܦܐ ܡܛܠ ܒܢܝ̈ܗ̇ ܕܪܕܝܦܝܢ ܡܢ ܚܢܦܘܬܐ.

Ecce Ecclesia tua Pastor stat cum passione ad ostium tuum, precaturque pro filijs suis, quos Gentilitas persequitur; & in Prooemio Matutini Dominicæ.

ܘܫܪܝ ܡܢܢ ܢܝܪܐ ܕܚܢ̈ܦܐ ܕܡܢܓܕ ܠܢ.

Et solue à nobis iugum Gentilium, quod nos flagellat, quæ primæ Orationes vt Chaldæorum fert traditio, idemque asserit Ioannes Morinus in adnotationibus ad Sacras Syrorum ordinationes faciliori methodo, atque ordine fuerunt dispositæ à S. Iacobo Episcopo Nisibensi; qui primo Nicæno interfuit Concilio, & à Sancto Ephrem eius Discipulo, necnon à Sancto Isaac Syro, cuius magister extitit, idem S. Ephrem, imò vti refert Hebdiesu in Cathalogo Scriptorum præfatus S. Ephrem omnia Defunctorum compilauit officia, in quorum gratiam à Chaldæis additi fuere in ijsdem Breuiarijs, eorumdem Sanctorum quidam Hymni, qui vocari ideò assolent a Syris *Columnæ suæ Ecclesiæ*, vti legitur

tur in Ministro Missæ Maronitarum in Commemoratione Doctorum. Post horum Sanctorum ætates, fuerunt aliæ orationes additæ, vsque post Concilij Ephesini celebrationem anno 431. cōtra Nestorium, cum enim Syri soleant anathematis mucrone in eorum Officijs omnes hæresiarchas percutere, vsque ad Arium tantùm, & Nestorium in hebdomadali fit mentio, prout legitur in officio ad *Vesperas* Dominicæ.

In Officio festorum de Sanctis iuxta ritum Ecclesiæ Maronitarū multi putant nihil prorsùs fuisse additum post celebrationem Concilij Chalcedonēsis an. 451. hucusque, quod colligunt ex Officio Circumcisionis, & S. Basilij in quo ad Matutinum anathematizantur *Arius, & Nestorius, Eutiches*, & *Dioscorus*, nihilque legitur de alijs hæresiarchis in Concilijs subsequentibus ab ijsdemmet Maronitis damnatis, & si quid addidissent, extaret *Seueri*, & aliorum condemnatio, quorum infensissimi hostes fuere Monachi Maronitæ, quos sequuti sunt Episcopi secundæ Syriæ, prout legitur in prima actione quintæ generalis Synodi, in qua

illos

illos damnarunt in libello eorumdem Monachorũm ſecũdæ Syriæ cum ſubſcriptione: *Pauli Diaconi Ambaſiatoris Monaſterij Beati Maronis Principalis Venerabilium Monaſteriorum ſecundæ Syriæ.* Item in eorumdem Libello ad Mennam Patriarcham, & in alio ad Congregatam Synodum, qui incipit, *Curam equidem geſſit, &c.* necnon in illo ad proprios Epiſcopos ſecundæ Syriæ, pro quorum damnatione multa ab hæreticis paſſi sũt, vt videre eſt in Tomo prim. Epiſtolarum Decretalium in Epiſtola Archimandritarum, & Monachorum Secundæ Syriæ Beati Maronis ad Papam Hormiſdam, in qua ſubſcribitur: *Alexander Archimandrita Monaſterij Beati Maronis*, cum pluribus alijs, & quamuis omnia ferè Maronitarum Officia ſint ab ipſiſmet Monachis Maronitis exarata, vt videre eſt in Calce Codicum, qui tàm in Collegij Maronitarum hîc Romæ, quam in Eccleſiæ Patriarchalis Antiochenæ in Monaſterio Chanubin proſtãt Bibliothecis, cum nulla de Seuero Pſeudo-Patriarcha Antiochiæ, nec de alijs fiat in illis mẽtio, facilè deducũt nihil addidiſſe poſt quarte ge-

generalis Synodi Chalcedonensis celebrationem, quòd vlterius confirmant, eò quia in eorum Breuiarijs non nisi illorum Sanctorum recenseantur officia, qui vsque ad illam viguere ætatem; nam præter officia festorum, Domini Nostri Iesu Christi, ac B. M. V. sunt illa Sanctæ Barbaræ, Sancti Lucij Martyris, S. Iacobi Intercisi, S. Simeonis Stilitæ, Sanctæ Sciamuni, quæ est Mater septem Machabæorum, Sancti Artemij Martyris vulgò *Scialita*, quod nomē Chaldaica lingua *dominator* interpretatur, quia Dux erat Augustalis, vti notat Baronius sub an. 362. nu. 90. S. Domitij Martyris, S. Ioannis Baptistæ, S. Antonij Abbatis, SS. Sergij, & Bacchi, S. Iosephi, S. Georgij, SS. Gregorij, & Basilij, S. Stephani Protomartyris, Sanctæ Mauræ Martyris, S. Victoris Martyris, S. Theodori Martyris, S. Romani Manachi Martyris, S. Eliæ Prophetæ, SS. Cypriani, & Iustinæ Martyrum, S. Serui, SS. Quadraginta Martyrum, nec non septem Dormientium, SS. Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum, &c. & Sanctorum, &c. supradictam ætatem non excedentium.

Ex multiplicitate tamen, & varietate hymnorum ſub metro Iacobitico, qui partim tribuuntur D. *Iacobo* Epiſcopo *Niſibenſi*, qui intrà tertium, & quartum floruit ſæculum, & partim *Iacobo Edeſſeno*, & alteri *Iacobo* Epiſcopo *Sarugenſi*, qui vti ſupra innuimus p. 1. huius operis cap. 2. num. 23. ſeptimo vigebant ſæculo, concludenter deſumi poteſt ad hoc vſque tempus nonnullas in Breuiarijs additas fuiſſe à Syris precationes, ac præcipue illam, qua Deum orant, vt à Tyrannide *filiorum Agar* hoc eſt *Saracenorum* liberentur, quorum ingreſſus in Syriam eadem contigit ætate.

7. ***Ritualium, ac Liturgiarũ antiquitas.*** Ritualia Chaldæorum ab Apoſtolis tradita fuiſſe, & ab ijſdem hos populos ea recepiſſe nequaquam eſt dubitandum, tùm quia ab ipſomet Chriſtianitatis exordio cæperant Apoſtoli in Oriente ordinationes, tum ex modo, quo illas conficiunt per manuum nimirum impoſitionem, quem vſque adhuc retinent, prout Apoſtoli vtebantur; fuerunt tamen in meliorem formam ordinata paulo poſt SS. Iacobi Niſibenſis, & Ephrem ætates, vt communis fert Orientalium traditio.

Li-

Liturgiarum antiquitas deducitur ex authoribus, quorum nomina *Anaphorę*, seu *Missæ* præferunt, quæ supra quinquaginta numerantur, quibus omnibus recentior est illa Ioannis Maronis Patriarchæ Antiocheni, qui intrà sextum & septimum vigebat sæculum.

S. Iacobus Episcopus Nisibensis cuius Hymni, vnà cum illis Iacobi Edesseni, & Iacobi Sarugēsis, passim in Chaldæorum Breuiarijs occurrunt; in fine tertij, ac initio quarti florebat sæculi, quod deducitur ex celebratione Concilij primi Nicæni, in quo ipse interfuit, vti legitur in actibus eiusdemmet Synodi, & notatur à Baronio anno 325. quò iam Episcopali præfulgebat charactere, cuius scripta recenset idem Baronius ex Gennadio.

8. *Recensentur Authores Syri in hoc opere citandi.*

S. Ephrem fuit supradicti S. Iacobi Discipulus, vti refert Gregorius Barebræus in libro Annalium, qui sub Imperio Constantini Magni sic habet

وفى ايامه حاصر سابور ملك الفرس مدينة نصيبين
ثلاثين يوم وبدعى ماريعقوب اسقفها ومار افرام
تلميذه رحل عنها خايبا ؛

Illo tempore Sapor Persarum Rex obsedit Ciuitatem Nisibensem triginta diebus, ac precibus S. Iacobi illius Episcopi, & S. Ephrē eius discipuli ab ea infructuosè discessit, quod etiam exposuit Theodoretus in Historia Ecclesiastica.

S. Isaac Syrus præfati S. Ephrem discipulus fuit, quod habetur ex eodem Annalium Codice sub Imperio Theodosij Iunioris, vbi loquens de Viris Illustribus illius temporis post multorum enumerationem sic ait

ومار ايصحق تلميذ مار افرام صاحب الميامر المنظومة ؛

Et Sanctus Isaac Discipulus S. Ephrem illustris ob notam Poesim, cujus aliqui Hymni sub eodem metro S. Ephrem extant in Officio præsertim maioris Hebdomadæ Maronitarum, & de tempore: eiusdem meminit Gennadius, qui & eius scripta recenset in libro de Viris illustribus.

Ioannes Episcopus Darensis, etsi non ea sit antiquitate, quam sibi persuasit Abraham Ecchellensis in notis ad Cathalogum Hebediesu, quarto enim sæculo recentior est, cum *Seuerum* Syrum

ea

ea posteriorem ætate citet; Antiquissimus tamen est, & intèr quintum, & sextum sæculum eum floruisse demonstrat stylus, & in Syriaco sermone facundia, qui paulò post; *Saracenis Syriam* occupantibus, in Arabicam Barbariem degenerauit; Hunc ait laudatus Ecchellensis Commentarios in S. Dionysij libros scripsisse, & eorum exemplar antiquum se habere, in quo scriptum erat Abbatem quemdam *Syrum* illum librum emisse cũ 250. alijs voluminibus Anno Alexandri 1243. hoc est Christi 932. quem Codicem non semel perlegi, & ad huc ille extat inter præfati Ecchellensis libros.

Ioannes Maro priùs Monachus, & postea Patriarcha Antiochenus sexto sæculo celebris iam erat in Syria, vti legitur in Annalibus Eutichij Alexandrini, in quibus sub Imperio Mauritij Imperatoris sic habetur

ومات تيبريوس ملك الروم وملك بعده موريق وكان
في عصر موريق ملك الروم راهب يقال لبسه مارون :

Porro obijt Tyberius Romanorum Imperator, imperauitque post ipsum Mauritius, fuit tempore Mauritij Imperatoris Roma-

norum Monachus quidam nomine Maro. Mauritius enim imperium suscepit sub annis circiter Christi 586. Desumitur præterea ex operibus eiusdem Io: Maronis, ipsum attigisse sæculum septimum, ac præcipuè ex cap. 33. commentariorum in Liturgiam D. Iacobi, in quo Cyrum Alexandrinum inter Monothelitarum Antesignanos acriter oppugnat, cuius hæresis propagatio in principio septimi circiter cæperat sæculi.

Gregorius Barebræus Archiepiscopus Syrus natus est ann. Alexandri 1538. hoc est Christi 1226. vt ipsemet refert in libro, cuius titulus est

ܟܬܒܐ ܕܡܘܫ̈ܚܬܐ

Liber Carminum.

Hebediesu Metropolita Sobensis persuasione iam Nestorianus, qui etsi modernus sit Author (nàm Testibus Abrahamo Ecchellense in præfatione Cathalogi eiusdem Authoris, & Cardinali Amulio in supracitata epistola ad Concilium Tridentinum, asserunt iam Senem Romam profectum fuisse sub Iulio III. Summo Pontifice, vbi abiuratis errori-

bus

bus Catholicam professus est fidem) nihilominus multa antea scripserat volumina ad stabiliendam, confirmandamque suorum maiorum hæresim Nestorianam, ac præsertim Librum *Margaritarum* Romanæque Ecclesiæ tunc erat aduersarius.

Ex horum igitur aliorumque Scriptorum, ac textuum Chaldæorum authoritatibus varia delibabimus, ex quibus quam inania sint hæreticorum huius Æui fundamenta, eorumque insana figmenta, & quid de Sacramentis, ac de eorum numero sentiant Orientales, manifeste demonstrabimus.

CAP. I. De septenario numero Sacramentorum.

Aliqui ex Nouatoribus agnoscunt solum Baptismum, vt Lutherus in lib. de Captiuitate Babilonica circa initium; Alij Baptismum, & Eucharistiam, vt Philippus Melancton in locis communibus; Alij Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam vt multi Lutherani in suis Catechismis; Alij Baptismum, Cænam, & Matrimonium vt Zuinglius in lib. De vera, & falsa Religione; Alij Baptismum, Cænam, & Ordinationem vt Caluinus lib.4. Instit. cap. 19. §. 3.

1. *Admittunt Syri Septenarium Sacramentorum numerum.*

De septenario Sacramentorum numero ex Orientalibus Chaldæis quamuis inter se contrarijs dubitauit nemo, quod dilucide ostendit Ioannes Maro tractatu 2. capit. 2. vbi loquens de Sacramento oblationis hæc refert

ܘܡܛܠ ܐܢ ܡܫܐܠ ܠܡܢܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܐܪܙܐ ܕܠܐ
ܬܘܣܦܬܐ ܠܐܪܙܐ ܕܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܪܢ
ܡܣܬܟܠܝܢ . ܟܕ ܐܦ ܐܪ̈ܙܐ ܡܬܩܪܝܢ
ܘܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܡܫܚܐ ܘܟܗܢܘܬܐ ܘܬܝܒܘܬܐ
ܘܙܘܘܓܐ ܕܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܘܡܛܠ ܕܗܠܝܢ ܠܝܬ ܒܗܝܢ ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ .
ܘܐܝܟܢܐ ܠܗܠܝܢ ܕܐܝܟ ܗܘܠܝܢ ܐܝܬܝܗܝܢ
ܡܬܩܪܝܢ ܐܪ̈ܙܐ ܗܢܐ ܡܬܬܘܣܦ ܥܠ ܗܘܢ
ܘܗܟܢܐ ܐܪ̈ܙܐ ܕܐܝܬ ܗܘܝܘ ܐܣܟܡܐ
ܡܛܠ ܗܢ ܡܬܩܪܝܢ ܐܪ̈ܙܐ ܕܠܐ ܬܘܣܦܬܐ
ܠܗܢܐ ܐܪܙܐ ܗܘ ܐܪ̈ܙܐ ܡܬܩܪܝܢ .

Et si quis interroget quarè cum dicimus Sacramentum sine additione, Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini Nostri intelligimus, dum, & Sacramenta vocantur Baptismus, Chrisma, Ordo, atque Pænitentia, necnon & Matrimonium iuxta legem

gem Christi, & lampas seù vnctio cum Oratione ad infirmos. Respondemus ei, quod licet hæc sint verà Sacramenta, nihilominus hoc Sacramentum est omnium præstantissimum, propterea Sacramentum Sacramentorum illud appellauerunt Sancti Patres nostri, & dum audimus Sacramentum sine additione, hoc Sacramentum Sacramentorum intelligimus.

Item Hebdiesu tractatu 4. lib. Margaritarum cap. 1. ait

ܘܐܪ̈ܙܐ ܕܝܢ ܥܕܬܢ̈ܝܐ ܫܒܥܐ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܪܥܝܢܐ
ܕܟܬܒ̈ܐ ܐܠܗ̈ܝܐ.

Sacramenta autem Ecclesiastica sunt septem iuxta mentem librorum Diuinorum, nequaquam igitur numerum hunc Sacramentorum Septenarium ait, recepisse ab Ecclesia Romana, cum huic tunc esset aduersarius, sed à *libris Diuinis*, quòd idem asserit Ioannes Darensis.

CAP. II. De Baptismo.

Procedamus modò ad discutienda singula seorsim Sacramenta; Baptismum aiunt Caluinistæ non esse necessarium ad salutem, eò quod omnes filij fidelium ab Vtero matris nascantur Sancti, ac proinde saluari posse sine Baptismo, quan-

De Baptiſmo.

tum hi à veritate aberrent, omnes Syri, ſeu Chaldæi teſtantur Scriptores, intèr quos Ioannes Epiſcopus Darenſis lib. 3. c. 7. de reſurretione corporum ſic aſſerit

ܐܬܒܛܠ ܠܗ ܥܠܝܢ ܦܪܘܩܢ ܘܐܫܠܡ ܠܢ
ܐܦ ܐܪ̈ܙܐ ܘܛܘܦ̈ܣܐ ܕܗܠܝܢ ܕܥܬ̈ܝܕܬܐ .
ܘܩܕܡ ܟܠܗܝܢ ܒܐܪܙܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ
ܕܒܗ ܚܙܝܢܢ ܪܘܚܢܐܝܬ ܠܡܫܝܚܐ .

Curam de nobis habuit Saluator noſter, & tradidit nobis myſteria, & figuras futurorum, & ante omnia in myſterio Baptiſmi, quò videbimus ſpiritualiter Chriſtum. Idem lib. 2. Hierarchiæ cap. 1.

1. *Baptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem.*

ܙܘܥ ܡܢܗܘܢ ܕܝܠܗ ܕܐܢܫ ܐܢܘܢ ܘܫܡܗܐ ܘܡܟܪܙܐ
ܘܦܘܠܚܢܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܡܝ̈ܬܪܐ ܕܦܓܪܝܢܟ
ܕܢܦܠ ܘܕܝܢ ܥܠ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܢܘܗܪܐ
ܠܟܠܗ ܐܢܫܘܬܐ ܐܘܪܚܐ ܕܢܦܫܐ ܠܡܚܝ
ܥܠ ܡܝ̈ܬܐ ܘܥܠ ܐܝܠܝܢ ܐܬܡܢܝܘ ܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܘܡܢ ܕܡܢܐ ܡܝܬܐ ܕܗܘ ܐܬܡܢܝܘ ܩܕܡܝܬܐ
ܘܦܘܠܚܢܐ ܡܝ̈ܬܐ ܘܕܪܘܚܢܝܬܐ ܡܢ ܐܬܥܒܕܐ
ܕܫܡ̈ܝܐ ܢܦܩ̈ܝܢ ܘܡܢ ܥܠ ܦܘܠܚܢܐ ܘܫ̈ܠܝܐ ܕܪܘܚܢܝܬܐ
ܡܟܝܠ ܠܟ ܐܘܪܚܐ ܕܡܫܘܚܬܐ ܠܫܡܝܐ ܠܐ ܥܒܪ
ܡܕܡ

ܡܕܝܢܐ ܕܢܚܙܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܠܝ ܡܫܟܚ

ܡܢ ܡܝܐ ܘܪܘܚܐ ܐܠܐ ܢܬܝܠܕ ::

Conuenit ergo nos scire, quodnam sit principiũ, & radix cultus præceptorum Sanctorũ, quod animam nostram præparat ad acceptationem Diuini luminis, & quænam sit via, quæ nos extollit ad terminos, qui sunt super Cælum, est Natiuitas ex Sancto Baptismo, quoniam ipsa est principium Sanctorum Cultuum, quæ congruenter figurat, passiones animales nostras ad acceptanda verba Sacerdotalia, & nobis facit viam Ascensionis ad Cælum, non enim nobis est possibile videre Regnum Dei, si ex aqua, & spiritu non nascimur. Et cap. 3. sect. 3. subdit

ܒܝܕ ܕܝܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܗܘܝܢ ܒܢ̈ܝܐ ܕܐܠܗܐ

per Baptismum euadimus filij Dei. Idem etiam colligitur ex Ritualibus tàm Maronitarum, quàm Iacobitarum, & Nestorianorum, in quibus clarissimè habetur, Baptismum esse necessarium ad salutem.

Asserunt item Caluinistæ, filios illegitimos ad Baptismum non esse admittendos; Syri è contra nullum excludunt, imò

2. *Nullus ad Baptismum excluditur.*

De Baptismo. imò omnes ad hoc Sacramentum accedentes, piè amplectuntur, vti illorum saluti vigilantes, neque ipsosmet infideles expellunt, quos nulla natalium habita ratione vocat in adoptionem diuinã quælibet Christiani Orientis natio cuiuscumque persuasionis, & sectæ, nec ignobilem abominatur originem, quæ Christo per Baptismum inducta nobilitatur ad Regnum, & hæreditatem filiorum Dei; quod, & hodiernus omnium Christianorum gentium ritus, & omnia vetustatis monumenta proclamant, vt pluribus nec opus nec locus esse videatur; Quapropter illud Prophetæ vaticinium Catholicæ Ecclesiæ Syrorum Maronitarum ritus adaptauit, his quæ in Templi dedicationis festo canenda præscribit

ܘܠܐ ܢܬܐܚܕܘܢ ܬܪ̈ܥܝܟܝ ܠܐ ܒܠܠܝܐ ܐܦ ܠܐ
ܒܐܝܡܡܐ :

Neque claudantur portæ tuæ, neque per noctem neque per diem.

Non illa filios lucis excludit, non illa tenebrarum Alumnos abigit, die, ac nocte fores esse iubet apertas, omnium gentium, totiusque humanæ naturæ Domus

mus effecta, commune totius Orbis Asylum, in quo de communi Saluatoris Patrimonio alieno ære grauati nocẽtes, Reique subleuantur; quibus illud officium adiecit, gentium vndique ad hæc limina confluentium numerum, & pulcherrimum apparatum: cuius etiam ibidem longo Carmine periucundam exhibet Hipotiposim.

Anabaptistæ negant Infantibus Baptismum, & putant non esse illius capaces, eò quod in hominibus nullum detur peccatum originale, vt notat idem Becanus eodem Tract. lib. 3. de Controuersijs Anabaptistarum. Contrarium vero in tota Chaldæorum obseruatur Ecclesia, paucos namque post dies natiuitatis vel baptizantur infantes, vel protrahitur hoc Sacramentum ad quadragesimum diem, si sunt masculi, & ad octuagesimum si sunt fæminæ, quæ puerilis ætas colligitur ex eorumdem ritualibus, in quo sic habetur in ritu Baptismi, *3. Refellitur sententia Anabaptistarũ.*

ܘܡܥܡܕ ܠܛܠܝܐ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ܀ *4. Vtuntur Syri trina aspersione, seu imersione in fontẽ.*

Et immergit puerulum in Baptisterium;

Vtuntur enim Chaldæi in Baptismo, vel

tri-

De Baptiſmo.

trina aſperſione, vel trina pueri immerſione in fontem; Quod Sacramentum conferunt non niſi ad delendum peccatum originale, quia ætas illa infantilis incapax eſt peccati actualis, neque dubitāt peccatum originale omnibus ineſſe hominibus; quod probatur ex Hebdieſu cap. 4. Libri Apum

ܘܗܘܝ ܒܪܝܬܐ ܒܚܫܘܟܐ ܘܠܒܫܝ ܐܒܠܐ ܡܛܠ
ܪܒܘ ܣܟܠܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܘܕܫܘܬܦܘܬܐ.

Et fuerunt Creaturæ in tenebris, & indutæ ſunt mærore propter magnitudinem peccati primi, & communitatis, & paulòpoſt

ܥܠܠܬܗ ܣܟܠܘܬܗ ܕܐܕܡ ܩܕܡܝܐ ܡܘܬܐ ܡܠܟ
ܥܠܘܗ ܕܟܝܢܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܠܐܪܥܐ
ܕܠܘܛܬܐ ܐܫܬܕܝܢ..

Propter causā peccati primi Adæ, mors ſuper omnē naturam noſtrā regnauit, & ex Paradiſo ad terrā maledictionis proiecti fuimus.

Rurſus in Lib. Miniſtri Miſſæ Maronitarum in die Pentecoſtes

ܗܘ ܕܒܡܝܐ ܒܟܪ ܦܣܩܝܐ ܕܐܕܡ ܕܐܬܚܒܠ
ܘܥܒܕ ܚܕܬܐ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܐܝܟ ܩܛܝܪܐ ܢܦܠ
ܚܝܘ ܩܢܘܡܗ ܐܘܟܠ..

Ille,

Ille, qui preuaricatione præcepti Patris Patrum nostrorum, & Protoplastæ nostri Adam in terram nos corruentes per resurretionem tuam erexisti. Item in eodem libro in die Ascensionis

ܘܫܒܐ ܫܒܝܬܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܕܫܒܝܗ̇ ܡܘܬܐ
ܒܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ ..

Et captiuam fecit captiuitatem humanitatis, quoniam captiuam fecit illam mors præuaricatione præcepti.

Erat in more apud orientales Syros vti supra innuimus, quem multi etiam nunc obseruant, differre masculorum Baptismum ad quadragesimum diem, & fæminarum ad octuagesimum, non quod recens natus contrahat immunditiem, si contrectetur à Matre ante eius purificationem, vt nonnulli dubitarunt, sed quia apud Orientales, vt plurimum, Baptismus trina immersione conficitur, quemadmodum Canone 49. Apostolorum decernitur, ideoque periculum paruulis imminet, si antequam membra cõfirmentur eo ritu baptizentur, quod confirmatur ex temporis distinctione, nam quæ parit fæminam, nequaquam purificatio-

5. Cur protrahatur Baptismus ad quadragesimum, vel octuagesimum diem.

catio-

De Baptiſmo. cationem abſoluit tardius, quam quę parit maſculum, ex quo apparet eam dilationem reſpicere pueros, non ipſam matris purificationem; illud autem tempus requiri ad ſingulorum Baptiſmum aiunt, quia maſculus animatur quadrageſimo die poſt conceptionem, fæmina verò octuageſimo; ac totidem perinde ad membrorum aliqualem conſoliditatem poſtquam in lucem æditi ſunt exigi affirmant.

6. *Variæ Baptiſmi formulæ.* Variæ extant formulæ Baptiſmi tam in Rituali Iacobitarum, quam in illo Maronitarum, & ſunt ſequentes

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ. ܐܡܝܢ: ܘܕܒܪܐ
ܐܡܝܢ: ܘܕܪܘܚܐ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ
ܠܥܠܡܝܢ ..

Baptizatur N. in nomine Patris Amen, & Filij Amen, & Spiritus viui, & Sancti in vitam æternam Amen.

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܠܡܥܡܘܕܝܐ ܕܚܘܣܝ̈ܐ ܘܠܦܘܪܩܢ
ܢܐ ܕܒ̈ܢܝܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ ܘܠܚܝ̈ܐ
ܕܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ ܘܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ
ܐܡܝܢ . ܘܕܒܪܐ ܐܡܝܢ ܘܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܡܝܢ ..

Ba-

Baptizatur N. in veniam peccatorum, in mores irreprehensibiles, & in resurrectionem benedictam ex mortuis, & in vitam æternam, in nomine Patris Amen, & Filij Amen, & Spiritus Sancti Amen.

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܐܡܪܐ ܒܡܪܥܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܒܫܡ ܐܒܐ ܐܡܝܢ. ܘܒܪܐ ܐܡܝܢ. ܘܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ..

Baptizatur N. Agnus in grege Christi in nomine Patris Amen, & Filij Amen, & Spiritus Sancti in sæcula sæculorum Amen; & hæc est formula sub ritu Sancti Iacobi Syrorum Doctoris

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ..

Baptizatur N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sanctitatis: & est hæc alia formula eiusdē Sancti Iacobi vulgò Edesseni.

Peractis Baptismi ceræmonijs, confirmantur immediatè Infantes Sacro Chrismate, quibus absolutis, Sacerdos eundem munit Eucharistiæ Sacramento, int ngēdo sanguine extremum digitum, quem sugendum exhibet puero, qui ritus

CAP. III. De Confirmatione.

De Baptismo. cationem absoluit tardius, quam quę parit masculum, ex quo apparet eam dilationem respicere pueros, non ipsam matris purificationem; illud autem tempus requiri ad singulorum Baptismum aiunt, quia masculus animatur quadragesimo die post conceptionem, fæmina verò octuagesimo; ac totidem perinde ad membrorum aliqualem consoliditatem postquam in lucem æditi sunt exigi affirmant.

6. *Variæ Baptismi formulæ.* Variæ extant formulæ Baptismi tam in Rituali Iacobitarum, quam in illo Maronitarum, & sunt sequentes

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ. ܐܡܝܢ: ܘܒܪܐ
ܐܡܝܢ: ܘܪܘܚܐ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ
ܠܥܠܡܝܢ ܀

Baptizatur N. in nomine Patris Amen, & Filij Amen, & Spiritus viui, & Sancti in vitam æternam Amen.

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܠܚܘܣܝܐ ܕܣܟ̈ܠܘܬܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ
ܠܐ ܕܚܛ̈ܗܐ ܘܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܡܢ
ܥܡܗ ܡܢܬܗ ܘܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ
ܐܡܝܢ. ܘܕܒܪܐ ܐܡܝܢ ܘܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܡܝܢ ܀

Ba-

Baptizatur N. in veniam peccatorum, in mores irreprehensibiles, & in resurrectionem benedictam ex mortuis, & in vitam æternam, in nomine Patris Amen, & Filij Amen, & Spiritus Sancti Amen.

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܐܡܪܐ ܒܡܪܥܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܒܫܡ ܐܒܐ ܐܡܝܢ. ܘܒܪܐ ܐܡܝܢ. ܘܪܘܚܐ
ܩܕ̄ ܠܥܠܡ ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ:

Baptizatur N. Agnus in grege Christi in nomine Patris Amen, & Filij Amen, & Spiritus Sancti in sæcula sæculorum Amen; & hæc est formula sub ritu Sancti Iacobi Syrorum Doctoris

ܡܬܥܡܕ ܦܠܢ ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ:

Baptizatur N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sanctitatis: & est hæc alia formula eiusdē Sancti Iacobi vulgò Edesseni.

Peractis Baptismi cerẹmonijs, confirmantur immediatè Infantes Sacro Chrismate, quibus absolutis, Sacerdos eundem munit Eucharistiæ Sacramento, intingẽdo sanguine extremum digitum, quem sugendum exhibet puero, qui ritus

CAP. III. De Confirmatione.

De Confirmatione.

tus ex quo promanauerit, in ſequenti *Confirmationis* Sacramento aliquid innuemus.

1. *An ſit Sacramentum.*

An Chriſma, ſeu Confirmatio ſit Sacramentum, an ſimplex tantum cæremonia, vti aſſerunt huius noſtri Æui Nouatores prætèr Ioannem Maronē ſuperius recenſitum, extant etiam teſtimonia Hebdieſu lib. 2. Apum, & Ioannis Darenſis in lib. Hierarchiæ cap. 3. varijs ſectionibus diuiſo, qui non ſolum Chriſma inter Sacramenta conumerant, verum etiam peculiaribus capitibus, varia de eius tradunt effectu, illud appellant ܪܐܙܐ *Rozo* hoc eſt *Sacramentum*, quod nequaquā pueris poſt ſeptenniū conferunt, prout vſus eſt in Eccleſia Romana, ſed immediatè poſt Sacram Baptiſmatis cæremoniam, idque propterea ne quis baptizatorum eiuſmodi gratia priuetur, ſi contingat eum, vt ſunt res humanæ, repentina, atque immatura morte ex hac vita migrare.

2. *Sacramentum Confirmationis confertur im̄ediate poſt Baptiſmum, quod etiam obſeruabatur in antiqua Eccleſia.*

Nec valet dicere, hæc duo Sacramenta Baptiſmum nimirum, & Confirmationem Orientales Syros ita confundere inter ſe, vt pro Sacramento Confirmatio-

mationis intelligant illam Vnctionem, quæ fit baptizatis oleo Chrismatis; Syri enim nequaquam in Baptismate, in quo non semel, sed ter Christianum inungunt, in pectore scilicet, inter scapulas, & in vertice, vel in toto corpore, quæ solùm ad cæremonias Baptismi spectant, sed peracto iam baptismate conferunt hoc Sacramentum inungendo baptizatum, vt ait Rubrica in fronte cuius formula hæc est

ܡܬܚܬܡ ܥܒܕܐ ܗܢܐ ܦܠܢ ܒܛܒܥܐ
ܕܡܘܪܘܢ ܩܕܝܫܐ ܒܫܡ ܐܒܐ ܐܡܝܢ .. ܘܒܪܐ
ܐܡܝܢ .. ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܟ ܫܘܒܚܐ
ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ..

Signatur seruus tuus N. N. signaculo Chrismatis Sancti in nomine Patris Amen, & Filij Amen, & Spiritus Sancti Tibi gloria in sæcula sæculorum Amen. Hoc autem Sacramentum continuata actione conferri solitum in antiqua Ecclesia, videtur constare ex Canone 48. Concilij Laodiceni in fine Pontificatus Liberij, & secundum alios in Initio Damasi celebrati, cuius hæc sunt verba. *Oportet eos, qui*

De Confirmatione. *baptizantur, post lauacrum, Chrisma Ecclesiæ accipere, & Regni Christi participes inueniri.* Quod colligitur ante conuocationem præfati Concilij ex Epistola Melchiadis ad omnes Hispaniæ Episcopos, vbi sic, *Sed ita coniuncta sunt hæc duo Sacramenta, scilicet Baptismus, & Confirmatio, vt ab inuicem nisi morte preueniente, nullatenus possint separari, & vnum sine altero ritè perfici non potest.* Et paulò inferius ait, *Confirmationem esse perfectionem Baptismi.* His consonare videtur, quod dicitur in Canone primo Concilij Arausicani in Gallia Narbonensi habiti anno Domini 441. sub Leone I. Summo Pontifice, & Imperio Theodosij Iunioris vbi sic. *Nullus Ministrorum, qui baptizandi accipit officium, sine Chrismate vnquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in Baptismate Chrismari.*

Idem docet Alcuinus Ven. Bedæ Discipulus in lib. de Diuinis Officijs cap. de *Sabbatho Sancto Paschatis* ex ordine Romano relatus ab Arcudio lib. 1. cap. 13. Concordiæ Ecclesiæ Occidentalis, & Orientalis vbi, *Pontifex ergo*, inquit, *egrediatur á fonte in Sacrarium, habens ibi com-*

compositam sedem, vel in Ecclesia, vbi voluerit, & sedeat in ea, vt cum vestiti fuerint Infantes, quia nimirum Orientalium more baptizabantur per immersionem, confirmet eos. Gennadius quoque Massiliensis de Ecclesiasticis Dogmatibus cap. 25. idem testatur his verbis. *Si paruuli sint, vel hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis, qui eos offerunt iuxtà morem baptizandi, & sic manus impositione, ac Chrismate communiti, ad Eucharistiæ mysteria admittantur.* Qui ritus conferendi in baptismate Sacram Eucharistiam Pueris, etiam nunc viget.

3. Ratio cur post Baptismum continuata actione conferantur pueris Sacramenta Confirmationis, & Eucharistiæ.

Hoc autem ex eò forte promanauit quod in primæua Ecclesia, cum Adultis Baptismus conferretur, vnà cum hoc Sacramento conferebantur etiam continuata actione alia duo, Confirmatio videlicèt, & Eucharistia, idem mos deinceps obseruatus etiam est in pueris, & vsque adhuc obseruatur, nam vt supra innuimus de Baptismate, cum Sacerdos Puerum baptizat, intingit Christi sanguine extremum digitum, illumque sugendum exhibet puero, ideòque postquam cæptum est hoc Sacramentum conferri

De Confirmatione.

pueris, nemo fortè ausus est corrigere Rituale illud Orientale, eiusque Rubricas, cum Sancti Iacobi Apostoli, & Episcopi Hierosolymitani esse, fixa, & constans sit apud Orientales omnes, traditio.

4.

Sacramentum Confirmationis confertur apud Orientales nō solum ab Episcopo, sed etiā à simplici Præsbytero.

Ex hactenus dictis liquidò patet, præter Episcopum, simplicem etiā Præsbyterum hoc Sacramentum in Orientali Ecclesia posse conferre, alioquin cum illud vnà cum Baptismo conferatur, solis Episcopis pertineret collatio baptismi; Hæc igitur inueterata consuetudo ab Apostolorum fermè temporibus promanauit; In Constitutionibus enim Apostolorum lib. 7. cap. 23. instruuntur Episcopus, & Præsbyter quomodo debeant baptizare vbi additur: *Vnges autem ò Episcope, & Præsbyter priùs oleo Sancto, deinde baptizabis aqua, postremo consignabis vnguento, vt vnctio sit participatio Sancti Spiritus, aqua sit Symbolum mortis, Vnguentum Sigillum passionum*: Eamque videtur insinuare Concilium Toletanum primum cap. 20. vbi: *Statutum verò est, Diaconum non Chrismare, sed Præsbyterum absente Episcopo, præsente verò non, nisi ab*

ipso

ipso fuerit, preceptum. Quodque etiam munus Summos Romanos Pontifices simplici Sacerdoti aliquando delegasse, multis exemplis ostendi potest; Sanctum Gregorium Magnum lib. 3. regist. Episc. 26. id priuilegium Ecclesiæ Calaritanæ concessisse legimus; Idem munus Fratribus Prædicatoribus inter infideles degentibus indulsit Innocentius VI. minoribus Fratribus Ioannes XXII. & Leo X. Hadrianus VI. Prouincialibus Religionum, & alij Pontifices, alijs Religiosis operam fidei propagandæ nauantibus. Imò supracitatum Concilium Arausicanum Can. 2. concedit Præsbyteris hanc facultatem in periculo mortis alicuius hæretici, vbi sic: *Hæreticos in mortis discrimine positos; si Catholici esse desiderent, si desit Episcopus, à Præsbyteris cum Chrismate, & benedictione consignari placet*. Nil mirum igitur si de hac re Græci Orientales in Concilio Florentino interrogati, omnem difficultatem, vt ibi asseritur, legitimè, & canonicè diluerint per Præsulem Mitylensem, & rationi ab eo redditæ summus Pontifex Eugenius IV. acquieuerit.

CAP. IV. De Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

Varia blaterant hæretici de Sacramento Euchariſtiæ, *Lutherus* aſſerit Chriſtum verè præſentem eſſe in Euchariſtia, nequaquam verò per tranſubſtantiationem, affirmatque ſubſtantiam panis, & vini ſimul manere cum ſubſtantia Corporis, & Sanguinis Chriſti. *Caluinus* negat carnem, & ſanguinem, vere, realiter, & ſubſtantialiter preſentes eſſe in Euchariſtia, ſed tantum eſſe figuram, ſeu Typum Corporis Chriſti, quæ inania inſomnia diluuntur, antiquiſſimis Chaldæorum, Maronitarum, Iacobitarum, & Neſtorianorum liturgijs, in quibus tranſubſtantiationis Myſterijſi vlla abſque hæſitatione omnibus maniſeſtiſſime exhibetur.

1. *Admittitus Transubſtantiatio.* In Oratione enim inuocationis Spiritus Sãcti explicatur verborum vis paulò ante prolatorum à Sacerdote, quæ ſunt *Hoc eſt enim Corpus meum. Hic eſt enim calix Sanguinis mei, &c.* petitur enim in illa oratione, vt deſcendat Spiritus Sanctus, & panem, & vinum commutet in Corpus, & Sanguinem, ſeu faciat, ſeu perficiat, ſeu manifeſtet Corpus, & Sanguinem Chriſti. Sancti enim Pa-

tres

tres Orientales vsi sunt varijs verbis in eorum Liturgijs, aliqui nimirum verbo ܢܫܡܠܝܘܗܝ seu ܢܫܡܠܐ hoc est *perficiat:* Sic in Liturgijs Ioannis Maronis Patriarchæ Antiocheni, Sancti Marci Euangelistæ, & Matthæi Pastoris; Alij verò verbo ܢܥܒܕ *faciat.* sic in Liturgijs Sancti Ioannis Chrysostomi, S. Lazari Episcopi Babylonis, Sancti Ioannis Euangelistæ, & Sancti Petri Apostoli. Nonnulli vsi sunt verbo. ܢܚܘܐ *manifestet*, sic in illis Sancti Eusthatij Patriarchæ Antiocheni, Sancti Iacobi Apostoli, Sancti Cyrilli Alexandrini, Sancti Iacobi Doctoris; eodemque modò legitur in Liturgia nuncupata Sanctorum duodecim Apostolorum. Alij verbo ܢܫܚܠܦ *commutet*, sic in illa Sancti Marutæ, & inter Iacobitas in Liturgijs Dionysij Barsalibi Archiepiscopi Amed, & Filoxeni.

2. *Pro Transubstantiatione variæ, ac vetustissimæ referuntur Authoritates.*

Indubitatum igitur est quidquid dicant Caluinus, Lutherus eorumque Asseclæ antiquissimam Orientalium Syrorum Ecclesiam prò certò semper ha-

De Eucharistia.

buisse hoc transsubstantiationis mysterium, nam præter Maronitas, hoc etiam profitentur ipsimet Ecclesiæ Romanæ hostes, Iacobitæ nimirum, ac Nestoriani, prout videre est in notis Abrahami Ecchellensis ad Cathalogum scriptorum Hebediesu.

Hic autem nequaquam prætereundum est, quod legitur in Ecclesiasticis Orientalium Syrorum Constitutionibus, seu Canonibus, quos vetustissimos esse non est ambigendum; illos namque ex Syriaco Arabici Iuris fecit quidam Dauid Archiepiscopus rogante Abbate Iosepho, & eius Monachis, vt ab illis intelligerentur, prout habetur in ipsomet Codice, qui prostat in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe, in cuius initio extat epistola præfati Abbatis Iosephi missa ad supradictum Dauid Archiepiscopum anno Alexandri 1370. qui est Christi 1059. quinimò prout legitur in præfatiuncula cap. 26. præfatarum Constitutionum, hæc fuerunt à prænominato Dauid interpretatæ ex Cod. qui erat an. Hegiræ 386. exaratus qui est Chr. 997. sic enim legitur in citata præfatiuncula

نقله من نسخة ووجدها مورخـا في جمادى للاولى
سنه ستة وثمانين وثلاثمايـــــــــــــــه :

illum interpratatus eſt ex codice conſcripto. Menſe Maio anni 386. quod ſignum euidens eſt has Conſtitutiones fuiſſe compilatas Syriaca lingua ante Saracenorum ingreſſum in Syriam ſub Omar III. à Maumethe, quod accidit ſub Heraclij Imperio anno circiter ſalutis 639. tunc enim cum propagari, ac diffundi cæpiſſet in Syria arabicum Saracenorũ idioma, ita deperdita fuerit illorum propria Syriaca lingua, vt illa Arabum prò vernacula vſque ad præſentem diem haberetur; præfatus ideò Abbas, quamuis natione Syrus, Conſtitutiones Eccleſiaſticas Syriacas ſic præordinatas (dum Syriacum in Syria vigebat idioma) tunc non bene intelligens, petijt illarum verſionem Arabicam, quæ tunc erat Syrorum vernacula; in hoc igitur libro cap. 7. de Euchariſtia, ſic legitur.

اعطانا اياه تقدست اسماوه لغفران الخطايا لا مثله به
بل قال هذا جسدي ولم يقول هذا مثل جسـدي :
واما قول خذوا وكلوا لغفران الخطايا فمعنـاه ان
الجسد

De Eucharistia.

الجسد الطاهراخذه الرب سبحانه من الطاهرة مريـم
المختاره لذلك فانه كان جسمًا دميًا بشريًّا ذو نفس حيه
ناطقه لانه شبه جسم ادم فى كل شى ما خلى الخطيـه :

Dedit illud Corpus nobis ipſemet (ſanctificentur nomina illius) in remiſſionem peccatorum, nec dixit illud eſſe ſui (Corporis) typum, aut figuram; ſed dixit hoc eſt Corpus meum, & nequaquam dixit hoc eſt typus, Corporis mei, cuius ſenſus eſt, accipite, & manducate ex eo in remiſſionem peccatorum, demonſtratque Dominum (cui laus) accepiſſe Corpus purum ex Virgine electa Maria propter hoc, quia erat Corpus Sanguine conflatum, humanum, habens animam viuentem, & rationalem, &c inferius. *Simile illi Adæ in omnibus, præter peccatum.*

Nec valet dicere hunc Textum illa tantum innuere, quæ Chriſtus Dominus patrauit in Cænaculo cũ diſcipulis ſuis; nam immediatè antea in eodem cap. 7. legitur omnibus Chriſti fidelibus conuenire, vt offerant oblationes Corporis, & Sanguinis Domini prò anima ſua, & prò animabus fidelium, quæ fiunt ex pane, & vi-

& vino, & paulo post assignatur modus, quo debet reuerenter sumi Eucharistia, qui sic incipit

واجب ان نبين كيف يجب ان يكون اخذنا لهذا
الجسد الطاهر من المذبح المقدس :

Conuenit, vt demonstremus, quo modo debeat à nobis sumi hoc Corpus purum ex Sancto Altari. Non loquitur tantum de eo quod operatus est Christus Dominus in Cænaculo; sed etiam de futuris temporibus, imò ex formulis consecrationis infrà deducendis colligitur ipsummet Christum Dominum instituisse Sacramentum Corporis, & Sanguinis sui pretiosi, ex pane, & vino, non tantùm prò duodecim Apostolis, sed prò omnibus, qui credunt in eum, dum Orientales omnes Chaldæi post formulam consecrationis Corporis addunt, *quod prò vobis, & prò omnibus, qui credunt in me frangitur, & datur in remissionem peccatorum*, quod confirmant Dyonisius Barsalibi cap. 13. & Ioannes Maro cap. 30. qui aiunt in Commentarijs in Liturgiam D. Iacobi,

De Eucharistia.

ܠܐ ܡܛܠܬܟܘܢ ܕܝܠܟܘܢ ܒܠܚܘܕܝܟܘܢ ܐܘ
ܬܪܥܣܪ ܬܠܡܝܕܝ ܡܬܩܨܐ ܦܓܪܐ ܗܢܐ ܐܠܐ
ܡܛܠ ܟܠܗܘܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܝ ..

nequaquam pro vobis tantum ò duodecim Discipuli mei frangitur hoc corpus, sed prò omnibus his, qui credunt in me, ideòque dum commentis illuſtrant ly *hæc quotieſcumque facietis in mei memoriam facietis* negant abſolutè Chriſtum Dominum hanc facultatem dediſſe Sacerdotibus vt peragant tantùm in ſimilitudinem, ſeu figuram illorum, quæ in Cænaculo ab ipſo fuerunt peracta, aiuntque illamet, quæ Ieſus fecit, illos facere, ſic enim præfatus Maro cap. ſupracitato

ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܝܬܘܢ ܠܝ ܕܥܒܕܬ ܟܕ
ܩܕܫܬ ܠܠܚܡܐ ܘܠܟܣܐ ܕܚܡܪܐ ܗܟܢ
ܥܒܕܘ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܡܘܬܝ ܓܝܪ ܡܣܒܪܝܢ
ܘܩܝܡܬܝ ܘܓܠܝܢ ܩܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܕܡܐ
ܕܐܬܐ ܐܢܐ ..

Sicut vidiſtis me feciße cum ſanctificaui panem, & poculum vini, ſic facite etiam vos, mortem meam annunciabitis, & reſurrectio-

ctionem meam confitebimini donec veniam, idemque legitur post verba consecratio- nis in Liturgijs Sancti Marutæ Archie- piscopi Tagritensis, aliorumque SS. Pa- trum Syrorum: Consonat his in tract. de Hierarch. Eccl. Ioannes Darensis cap. 15. de præstantia Sacerdotij Christiani, vbi eiusdem prærogatiuas enumerans ait.

ܘܕܥܒܕ ܠܡ̈ܝܐ ܐܡܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܡܘܠܕܢܝܬܐ
ܘܡܫܚܐ ܕܡܢ ܪܘܚ ܘܠܡܫܚܐ ܠܒܘܫܐ
ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܒܪܘܫܡܐ ܘܒܛܒܥܐ
ܐܠܗܝܐ ܘܠܠܚܡܐ ܦܓܪܐ ܘܠܚܡܪܐ ܕܡܐ..

Et quod (Sacerdotium) facit aquam matrem spiritualem regenerantem, & oleum vestem incorruptibilitatis consignatione, & Sigillo diuino. Et panem Corpus, & vinum Sanguinem, & eadem explicauerat latissime cap. 2. vbi hæc per otium tractat.

3. *Variæ formulæ Consecrationis.* Variæ apud Syros extant formulæ consecrationis Corporis Christi præter hanc, *Hoc enim est corpus meum* quæ concordat cum illa Latinorum.

In Liturgia Matthæi Pastoris verba consecrationis Panis hæc sunt:

ܗܢܐ

De Eucharistia.

ܗܢܐ ܒܣܪܝ ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܡܬܦܠܓ ܠܟܠܗܘܢ
ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܕܢܩܦܝܢ ܠܝ ܡܬܦܠܓ ܕܢܬܐܟܠ
ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܛ̈ܗܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛ̈ܗܐ
ܘܠܚ̈ܝܐ ܕܠܥܠܡ ܀

Hoc, Caro mea est, quæ omnibus fidelibus, qui sequuntur me diuiditur ad manducandum in veniam & remissionem peccatorum, & in vitam æternam.

In illa autem Sancti Petri Apostoli sic habetur

ܗܢܐ ܠܚܡܐ ܦܓܪܝ ܗܘ ܕܚܠܦ ܚ̈ܝܘܗܝ
ܕܥܠܡܐ ܡܬܩܨܐ ܘܡܬܝܗܒ ܘܗܘܐ
ܠܢܣ̈ܒܘܗܝ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛ̈ܗܐ ܘܠܚܘܣܝܐ
ܕܚܛ̈ܗܐ ܀ ܀

Hic panis est Corpus meum, quod pro vitæ mundi frangitur, & datur, & fit sumentibus illud in remissionem, & veniam peccatorum.

Scio enim per hanc formulam non nullorum forsan aures offendi, quasi eam sapiat, quam Lutherani vocant *Impanationem*, ideoque tanquam nouitatem inducentem asserit Bonacina cum alijs esse

esse inualidam, quorum placitis aquiescendum esse non dubitarem, si Orientales Syri nouum introducere ritum ex inde contenderent, sed cum omnes admittant transubstantiationem Panis in Corpus, & Vini in Sanguinem Christi Domini nostri, quæ palam est in omnibus eorum Liturgijs, fateri necesse est, eos intelligere per Panem, vel quod continetur sub speciebus Panis, hoc est panem Cœlestem, vel saltem ampliatiuo modo quod erat panis fieri completis verbis consecrationis Corpus Christi, quemadmodum legitur in Euangelio Cæci vident, Surdi audiunt, hoc est ampliatiuè, qui erant cæci vident, & audiunt, qui erant surditate detenti.

Prima pars probatur ex hac eadem Liturgia Diui Petri, in qua explicatur Panem illum esse panem cæleſtem, cùm paulo postConsecrat ionem Sacerdos accipiens præ manibus hostiam, cum ea forma signum Crucis super Calicem dicens.

ܘܡܩܒܠ ܘܦܪܫ ܒܫܡܝܐ ܠܐܒܘܗܝ ܗܢܐ
ܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ ܦܓܪܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܠܥܠܡ
ܘܦܘܪܩܢܐ .. ..

Cre-

De Eucha-ristia. *Credidimus & obtulimus, & signamus Eucharistiam hanc panem cælestem Corpus Dei Viui in Calice salutis.*

Secunda pars probatur ex Diuo Thoma part. 3. quæst. 75. artic. 7. vbi sic *Et ideò dicendum est, quod hæc conuersio (sicut dictum est) perficitur per verba Christi, quæ à Sacerdote proferuntur, ita quod vltimum instans prolationis Verborum, est primum instans, in quo est in Sacramento Corpus Christi, in toto autem tempore precedente est ibi substantia panis,* & sic ampliatiue intelligitur id quod erat præcedente tempore Panis, est Corpus Christi cõpletis verbis Consecrationis.

In Liturgia Sancti Marutæ Archiepiscopi Tagritensis, qui teste Socrate lib. 6. cap. 8. hist. Eccl. floruit sub Imperio Theodosij Senioris in quarto sæculo, hæc leguntur in consecratione Panis

ܘܒܪܟ ܘܩܕܫ ܘܩܨܐ ܘܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܗܢܘ ܦܓܪܝ
ܘܐܒܘܗܝ ܘܗܘܝܐ ܐܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܠܥܠ
ܐܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܠܐܦ ܦܘܪܩܢܗ ܕܥܠܡܐ
ܦܬܘܪܐ ܘܠܐ ܚܝܐ ܕܐܦܠܝܢ ܠܗ ܘܡܬܘܡܢܝܢ
ܒܗ

ܕܗܘ ܝܗܒ ܚܘܣܝܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ
ܥܠܡܝܢ ܀ ܀

Et benedixit, & sanctificauit, & fregit, & diuisit Discipulis suis, & dixit eis accipite manducate, & credite, & pro certo habete, & sic prædicate, & docete, quod Corpus meum est hoc, quod pro salute mundi sacrificatur, & ijs qui comedunt ex illo, & credunt in me, dat veniam peccatorum, & vitam in sæcula sæculorum; Et eadem prorsus verba habentur in Consecratione Vini.

Post supradictas formulas super Panem, subsequuntur illæ super Vinum, quæ in omnibus ferè Liturgijs cum illa Latinorum conformantur in substantia, si dematur ly *Mysterium Fidei*, quæ Verba nullibi inueniuntur in Codicibus, quos vidi si tamen excipiatur Liturgia Ioannis Patriarchæ Antiocheni, in qua adsunt illa verba, vt in saquenti patet

ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܟܣܐ ܕܕܡܐ ܕܝܠܝ
ܕܕܝܐܬܩܝ ܚܕܬܐ ܘܠܘܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܘܐܢܐ
ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܡܬܦܢܐ ܘܡܬܝܗܒ ܡܛܠ ܫܪܝܐ
ܚܛܗ̈ܐ ܠܥܘܠܡܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܀

De Eucharistia. *Hic enim est Calix sanguinis mei Testamenti noui, & eterni, Misterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effunditur in remissionem peccatorum, & vitam eternam.*

In Liturgia D. Eusthatij Patriarchæ Antiocheni hæc tantùm leguntur verba.

ܗܢܘ ܕܡܝ ܕܠܟܘܢ ܘܠܟܠܗܘܢ ܡܩܒܠܢܘܗܝ
ܡܢܗ ܡܚܣܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ.

Hic est Sanguis meus, qui vos, & omnes suscipientes ex illo iuuitat ad remissionem peccatorum, & ad vitam aternam. Eademque vltima verba recitantur etiam super panem.

4. *Consecratio fit per verba prolata à Sacerdote in persona Christi.*

Non dubitant communiter Orientales Syri, seu Chaldæi Consecrationem fieri per supradicta verba à Sacerdote prolata in persona Christi, & nequaquã per Orationem subsequentem inuocationis Spiritus Sancti, post illorum namque prolationes, & antequam dicantur illa verba *fac hunc panem Corpus* quæ recitantur in Oratione inuocationis Spiritus Sancti, inchoantur in illorum Missa genuflexiones propter reuerẽtiam Corporis, & Sanguinis Christi Domini super Altare præsentium sub speciebus Panis, & Vi-

& Vini; hoc pro indubitato supponit Ioannes Darensis sæpe laudatus, cum in cap. 2. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, in quo Sacræ Liturgiæ ritum latè persequitur hæc scribat

ܡܫܪܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܡܫܡܫ܆ ܘܡܬܢܐ ܠܨܠܘܬܐ ܡܥܒܕܢܝܬܐ
ܠܐܠܗܐ ܐܘܟܝܬ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܝܬܝܗܝܢ
ܕܝܢ ܨ̈ܠܘܬܐ ܡܐܠܗܢ̈ܝܬܐ ܕܡܢ ܪ̈ܝܫ
ܟܘ̈ܡܪܐ ܐܫܬܠܡܝ ܘܐܬܩܒܥܝ ܒܬܫܡ̈ܫܬܐ
ܐܪ̈ܙܢܝܬܐ ܕܒܬܪ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܫܠܝܚܐ.
ܕܗܘ ܡܢ ܐܡܪ ܕܢܣܒ ܝܫܘܥ ܠܚܡܐ ܘܒܪܟ
ܘܫܪ̈ܟܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܒܗܘ ܠܠܝܐ
ܕܡܫܬܠܡ ܗܘܐ ܒܗ ܢܣܒ ܠܚܡܐ ܘܐܡܪ
ܘܗܠܝܢ ܦܪܘܫ .. ..

Incipit autem qui ministrat, & repetit preces Deificantes, scilicet Corpus, & sanguinem Dei. Sunt autem preces efficientes Deũ, seu Deificantes illæ, quæ à Principibus Sacerdotum commendatæ, & insertæ sunt in ministerijs mysticis sequentibus Euangelium, & Apostolum, quia illud dicit, quod accepit Iesus panem, & benedixit, & cætera. illæ autem, quod Dominus noster Iesus, in illa nocte, in qua tradebatur, accepit panem,

 & di-

De Eucharistia. *& dixit, hoc est Corpus meum.* Dicta igitur S. Spiritus Inuocatio apud hunc authorem ita ad Consecrationem non attinet, vt de ea in toto hoc opere altum seruet silentium. Quia verò omne donum perfectum est ex Spiritu Sancto, aiunt per orationem Inuocationis Spiritus Sancti, nil aliud se petere à Deo, quàm vt Panis ille, & vinum iam consecrata verbis Christi Domini, quæ dantur sumentibus illa in remissionem peccatorum, fiant modò Sacramentum, & superueniente Spiritu Sancto proficiant suscipientibus ad salutem, prout Orthodoxi Græci professi sunt in Concilio Florentino sess. 25. Quod probatur ex oratione immediatè subsequenti, quæ legitur in Liturgia S. Iacobi Apostoli omnium Liturgiarum prima, à quâ omnes aliæ normam accepere, vbi

ܒܢܝܢܝ ܡܕܒܪܢܐ ܒܢܝܢܝ ܡܕܒܪܢܐ ܒܢܝܢܝ ܡܕܒܪܢܐ. ܘܐܠܐ
ܘܫܪܐ ܚܝܐ ܘܩܘܡܐ ܐܝܟܐ ܕܒܗ ܦܐܪܐ ܕܚܝܐ
ܠܚܘܣܝܐ ܘܗܘܐ ܦܐܪܐ ܡܥܕܪܢܐ. ܦܐܪܐ
ܕܚܘܣܝܐ ܦܐܪܐ ܕܡܫܘܚܬܐ. ܦܐܪܐ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ
ܘܢܦܫܬܐ ܘܦܓܪܐ ܘܦܐܪ̈ܐ ܕܥܒܕ̈ܐ ܛܒ̈ܐ
ܠܠܗܘܢ

ܐܠܗܐ ܘܦܪܘܩܐ ܕܝܠܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܥܒܕ܆
ܕܢܗܘܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ
ܠܟܠܗܘܢ ܕܢܣܒܝܢ܀

Exaudi nos Domine, exaudi nos Domine, exaudi nos Domine, & adueniat Domine Spiritus tuus viuus, & sanctus, vt illapsus ostendat hoc Sacramentum Corpus viuificum, Corpus salutare, Corpus cæleste, Corpus liberans animas, & corpora nostra; Corpus ipsiusmet Domini Dei Redemptoris Domini nostri Iesu Christi efficiat, vt sit omnibus ex his summentibus in remissionem peccatorum, & in vitam æternam.

Panem igitur, ac vinum, quæ per verba antecedenter prolata à Sacerdote commutantur in Corpus, & Sanguinem Christi Domini in remissionem peccatorum, modò petitur, vt superueniente Spiritu Sancto illa sint, & fiant Sacramenta *prò his sumentibus* hoc est prò paratis ad suscipiendum Sacramentum.

Præter hanc, alias adducit rationes Ioannes Maro cap. 33. Commentarij in Liturgiam D. Iacobi Apostoli, vbi quærens, quá de causa vocetur Spiritus San- 5. *Expositiones cur post Verba consecrantia dicatur Oratio inuocationis Sp. S.*

De Eucharistia.

ctus, vt descendat super panem, & vinum, dum iam Filius descendit, & commutauit ea in Corpus, & sanguinem suum pretiosum per verba antecedentia à Sacerdote prolata, quæsito sic respondet

ܐܦܪܫ ܘܠܐ ܦܪܫ ܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܡܢ ܕܐܬܐ
ܡܟܝܠ ܢܫܒܠܗ ܠܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܠܦܓܪܗ
ܘܠܕܡܗ ܕܡܪܢ ܘܕܢܓܠܐ ܕܢܗܘܘܢ ܠܚܘܣܝܐ
ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܠܟܠܗܘܢ ܕܢܣܒܝܢ
ܠܗܘܢ ܘܕܢܓܠܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܫܝܚܘܬܗ ܘܕܗܢܐ
ܪܘܚܐ ܐܠܗܘܬܗ ܗܘ ܕܒܪܗ ܪܘܚܐ ܗܘ ܕܫܒܚ
ܠܒܪܢܫܐ ܘܒܐܠܗܘܬܐ ܡܫܪܝܐ ܐܝܟ ܕܒܪܐ ܘܟܠ
ܘܡܠܐܠܐ ܕܦܪܘܫܐ ܘܗܘ̈ܐ ܕܐܬܐ ܠܠܒܒ ܘܡܫ̈ܝ
ܘܕܘܟܐ ܦܫܝܛܐ ܐܠܗܘܬܗ ܗܘ ܕܡ ܗܘ ܕܡܒܠ
ܗܢܐ ܪܘܚܐ ܡܕܝܢ ܕܒܐܠܗܘܬܐ ܘܟܕ ܦܫܝܛ ܗܘ
ܘܡܠܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܠܗ ܐܚܪܬܐ. ܠܘܬ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕ̈
ܫܐ ܕܢܦܪܘܫ ܘܢܚܘܐ ܕܗܘ ܐܒܐ ܕܗܢܐ ܠܚܡܐ
ܠܗ ܠܚܡܐ ܐܠܗܘܬܗ ܐܠܐ ܦܓܪܗ ܕܦܪܘܩܢ܂
ܘܗܢܐ ܡܙܓܐ ܕܚܡܪܐ ܘܫܩܝܐ ܠܗ ܡܙܓܐ
ܐܠܗܘܬܗ ܐܠܐ ܕܡܗ ܕܡܪܢ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܗܘ
ܐܠܗܘܬܗ ܠܦܓܪܗ ܡܡܙܓܝܢ ܚܕ ܐܢܫ
ܘܡܫܒܚ ܟܠܗܘܢ ܠܥܠܡ ܘܡܛܠ ܕܗܢܐ
ܐܡܝܢ܂

ܢܩܘܠ ܡܕܝܢ ܗܠܝܢ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܘܐܬܦܫܛܗ
ܠܗ ܡܩܕܫܐ ܘܡܫܬܪܪܐ ܕܐܠܗܐ ܘܢܫܡܐ ܐܝܟ
ܚܕܐ ܘܐܠܐ. ܟܕ ܗܘܐ ܗܘܐ ܡܠܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ
ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܕܗܘ ܐܬܓܠܝ
ܡܛܠ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܐܬܚܙܝ ܡܕܡ ܡܢ ܪܘܚܐ
ܘܗܘ ܐܬܚܘܝ ܘܗܘܐ. ܘܕܢܥܒܕ ܘܠܐ ܢܗܘܐ
ܦܓܪܐ ܡܫܝܚܐ ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܘܠܡܫܝܚܐ
ܘܠܡܩܒܠܢܐ ܐܝܟ ܡܠܬܗ ܕܡܠܐܟܐ ܡܪܝܡ
ܕܐܬܓܫܡ ܘܦܓܪܐ ܡܢܗ ܕܠܐ ܦܓܪܐ
ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܟܕ ܡܘܬܐ ܐܠܐ ܘܦܓܪܐ ܘܠܐ ܕܐܡܪ
ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ..

Nos dicimus nos non vocare Spiritum Sanctũ, quando descendit, vt efficiat, hoc est commutet panem, & vinum in Corpus, & Sanguinem Saluatoris nostri, sed vt ostendamus illa esse Corpus, & Sanguinem Dei nostri, & vt efficiat, vt sint sumentibus illa in remissionem peccatorum, & in vitam æternam; & paulò inferius, *vt ostendat eius descensione, hunc spiritum, esse illummet Spiritum, qui descendit in Vterum Virginis Mariæ, iuxtà vocem Angeli, Spiritus Sanctus superueniet in te, &c. & hoc corpus*

De Eucharistia.

esse ipsummet, quod hic spiritus formauit ex Virgine, illudque effecit Corpus Verbi Dei, & non alterius. Item Spiritus descendit vt confirmet, & testimonium perhibeat cum Patre, hunc Panem non esse Panem, sed Corpus Saluatoris nostri, & hoc poculum Vini, & aquæ non esse poculum, sed Sanguinem Domini nostri; sicut testimonium de illo ambo perhibuerunt in flumine Iordani, vt scriptum est in Euangelio Matthæi: Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei Cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut Columbam; & venientem super se, & ecce vox de Cælis dicens; hic est Filius meus dilectus, in quò mihi benè complacui, quoniam omne donum perfectum est ex Spiritu Sancto, & inferius, *vt efficiat ne sit nobis Corpus inane, aut in Iudicium, aut in vltionem, aut in debitum iuxtà Verba Apostoli, qui enim ex eo manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans Corpus Domini.*

Rationes supradictis non discordes affert Dyonisius Archiepiscopus Amedensis in commentarijs in Missam cap. 14. & Moyses Barcepha, qui viguit anno 850.

850. prout habetur in Cronologia Christophori Heluici, explicans in suis Commentarijs illa verba, quæ dicuntur ante orationem inuocationis Spiritus Sancti

ܘܪܚܡ ܥܠܝ

hoc est miserere mei, sic ait

ܡܛܠ ܕܪܓܫ ܒܗ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܚܬ ܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܘܫܡܠܝ ܘܡܫܡܠܝ ܠܐܪ̈ܙܐ ܘܒܥܐ
ܟܗܢܐ ܒܒܥܘܬܐ ܐܡܝܢܬܐ ܕܢܥܒܕ
ܒܥܡܐ ܕܐܦ ܗܘܝܘ ܢܗܝܡܢ ܗܟܢܐ ..

Quia per fidem sensit Spiritum Sanctum descendiße, & perfecisse Sacramenta, & petit Sacerdos petitione constanti, vt efficiat in Populo; vt ipse sic etiam credat; ex quo textu manifestè desumitur, antè inuocationem Spiritus Sancti perfecta iam fuisse Sacramenta, illaque oratione Sacerdotem tantùm petere, vt populus etiam illa credat, & verba prolata à Sacerdote in persona Christi, non esse narratiua eorum, quæ Christus Dominus in Cænaculo cum Discipulis suis patrauerat, sed esse sanctificantia, seu consecrantia panem, & vinum, quæ per illa

ver-

De Eucharistia.

verba commutantur in Corpus, & Sanguinem Christi Domini; Sacerdos enim alta voce dicit in ipsamet inuocatione Spiritus Sancti: *Et adueniat Domine Spiritus tuus, viuus, & sanctus, vt sua descensione ostendat hoc Sacramentum Corpus viuificum*, vti supra ostensum est; In cuius rei corroborationem in omnibus Syrorum Liturgijs inuenitur immediatè post hæc verba, Populum respondere *Amen*, quod est confirmatiuum eorum, quæ dicit, ac peragit Sacerdos, vti luculenter asserit Ioannes Maro cap. 30. in expositione *Amen*. Statim ac à Sacerdote prolata sunt Consecrationis verba inquit enim

ܡܫܪܪܝܢ ܠܗ̇ ܠܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܟܗܢܐ ܗܘ ܐܡܪ ܥܡܐ
ܠܗܢ ܐܡܝܢ ܡܫܪܪ ܘܡܗܝܡܢ ܕܠܚܡܐ ܗܘ
ܐܫܬܚܠܦ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܕܦܪܘܩܢ ܫܪܝܪܐܝܬ
ܘܚܡܪܐ ܐܫܬܚܠܦ ܠܕܡܐ.

Confirmamus id, quod dicit Sacerdos, &c. quando hìc dicit Populus Amen, confirmat, & credit panem illum mutatum, & factum esse verè Corpus Saluatoris nostri, & Vinum mutatum esse in Sanguinem.

Idem

Idem vlterius colligitur ex alijs Liturgijs, ac præcipuè ex illa D. Petri Apostoli, vbi in Oratione inuocationis Spiritus Sancti nulla facta mentione de commutatione Panis, & Vini in Corpus, & Sanguinem, quia illa præsupponitur facta ex vi verborum antecedentium, sic legitur

ܘܬܐܬܐ ܡܪܝ ܪܘܚܟ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܘܬܫܪܐ
ܘܬܬܢܝܚ ܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ ܕܥܒܕܝܟ ܘܢܗܘܐ
ܠܢܣܘܒܘܗܝ ܠܚܘܣܝܐ ܘܫܘܒܩܢܐ
ܘܠܚܘܣܝܐ ܕܚܛܗܐ..

Veniat Domine Spiritus tuus viuus, & Sanctus, & habitet, & quiescat super hanc oblationem seruorum tuorum, vt sit sumentibus illam in veniam & remissionem peccatorum, ex quò deducitur consecrationem nequaquam fieri per ly, *vt faciat hunc panem Corpus*, cum hæc verba non extent in omnibus Syrorum Liturgijs. Hæc eadem oratio inuocationis Spiritus Sancti, vt ait Eminentissimus Cardinalis Bona lib 12. cap. 13. *rerum Liturgicarum*, fit etiam in Occidente post cōsecrationem in ritu mozarabico in Toletana Eccle-

fia,

De Eucharistia.

ſia, quò omnes Eccleſiæ Hiſpaniæ, Galliæ, ac præſertim Narbonenſis olim vtebantur, nec in illis tunc vllum inerat dubium, quin tranſubſtantiatio fieret per verba antecedenter prolata à Sacerdote in perſona Chriſti.

Quà in re non contemnendam reor Auctoritatem Ritus Æthiopici, cuius Author Matthæus Apoſtolus perhibetur, vbi per Spiritus Sancti inuocationem non fieri tranſubſtantiationem, ſed ante illam ſupponi luculenter exprimitur. Immediatè enim poſt formulam Conſecrationis, quam latino Canoni conſonam Æthiopes habent, Populus alta voce profitetur Corporis, & Sanguinis Chriſti ſub Symbolis exiſtentiam hiſce verbis: *Amen, Amen, Amen, credimus, & confidimus, & laudamus te ò Domine Deus noſter, hoc verè Corpus tuum eſt;* Et eadem forma verborum poſt calicis Conſecrationem, Sanguinis Chriſti in Calice exiſtentiam ritus ille deprædicat, Profeſſioni à Populo factæ, Sacerdotis verba concordant, quibus recepto apud omnes Orientales Eccleſias more, Sancti Spiritus ſuper oblata deprecatur illapſum.

Ora-

Oramus, inquit, *te Domine & à te instanter petimus, vt mittas Spiritum Sanctum super hunc panem, & hunc Calicem, videlicet Corpus, & Sanguinem Domini, & Seruatoris nostri Iesu Christi in sæcula sæculorum, Amen. Tribue simul omnibus ex eo sumentibus, vt fiat eis ad sanctificationem*, vt videre est in Tom. 6. Bibliothecæ Patrum.

Nec valet dicere, ante inuocationem Spiritus Sancti panem, & Vinum non esse Sacramenta, eo quia in multis Syrorum Liturgijs legatur, *vt sua descensione faciat hunc panem Corpus, & hoc vinum Sanguinem*; ideòque deducendum esse illa, ante orationem inuocationis Spiritus Sancti, verè non esse Sacramenta, cum illa vocentur Panis, & vinum; hæc enim ratio nullius penitus momenti est, possunt enim bene vocari Corpus, & Sanguis Christi Domini sub nomine Panis, & Vini, cum adsint accidentia tam Panis, quam Vini, quæ nomina vsurpantur etiam apud Latinos, qui post Consecrationis verba aiunt in Canone, *Panem Sanctum vitæ eternæ, & Calicis salutis perpetuæ*, prout etiam legitur in A-

De Eucharistia.

ctis Apostolorum cap. 2. erant autem perseuerantes in Doctrina Apostolorum, & Communicatione fractionis Panis, & Orationibus: Vbi textus Syriacus legit.

ܘܒܩܨܝܐ ܕܐܘܟܪܣܛܝܐ ..

& in fractione Eucharistiæ;

Neque sensus est per ly, *vt efficiat panem Corpus, &c.* nempe vt illud Corpus, & ille sanguis sub nomine Panis, & Vini, fiant denuò Corpus, & Sanguis simpliciter, sed vt Corpus, & Sanguis sint in Sacramentum in remissionem peccatorum, quod etiam annuit Petrus Arcudius lib. de Sacram. Euch. cap. 33. in expositione Orationis, quæ apud Græcos extat inuocationis Spiritus Sancti ait enim, *Sensus est, fac, vt iste Panis, qui est pretiosum Corpus Christi tui (dicitur autem Panis propter species visibiles), & quod est in Poculo, qui est pretiosus Sanguis Christi tui, fac inquam, vt fiat participantibus in emendationem Animæ.*

Apud has enim Nationes præter verba Domini admixtæ etiam habentur Orationes, quæ etsi non efficienter, & formaliter, vti loquuntur, ad Consecratio-

tionem concurrant, respiciuntur tameu vt vna eademque actio, quod innuit Episcopus Ostunensis Scholijs in Constitutiones Apostolicas, vbi ait. *Constans, & perpetua fuit omnium Patrum Sententia, per Verbum Domini tantum mysterium administrari; quod verò hoc loco dicitur* (loquitur de inuocatione Spiritus Sancti, quam præfert Clementis Missa post verba Consecrationis) *ad superiora verba respectum habet, & ad illa referri debet, vt enim quæ ante Consecrationem dicuntur, ad oblationem Corporis, & Sanguinis Christi dirigenda sunt, sic quæ post Consecrationem mysticè precatur, & facit Sacerdos, ad vnum peractæ Consecrationis actum trahuntur; Sacerdos ante Consecrationem tenens manu patenam, & Calicem, dicit se offerre Hostiam Immaculatam prò peccatis, & Calicem salutis, quæ actio respondet oblationi Corporis, & Sanguinis faciendæ, tunc anticipatione quadam Sacerdotis mente, atque proposito conceptæ, ita post consecratam Eucharistiam inuocatur Spiritus Sanctus illorum munerum Sanctificator, & peracti operis vnà cum Patre, & Filio effector, quæ inuocatio non est separanda a prima actione,*

quâ

De Eucharistia.

quà Sacerdos verba Domini, proferens, Panem, & Vinum Consecrauit, sed ad eumdem actum reuocari debet, imò ad idem temporis momentum, quo illa admirabilis conuersio facta est; nam cum omnia simul, atque vno tempore fieri non possint, ordine, ac temporis interuallo disponuntur, quæ verò Sermone, & tempore diuiduntur cogitatione, & intelligentia, sunt in vnũ coniungenda.

Stat igitur ex dictis, omnes Orientales hoc transubstantiationis Mysterium vnico profiteri ore, ad cuius Sacramenti Confirmationem præter superius allata nequaquam prætereundum est, quod legitur in Dyonisio Archiepiscopo Amedensi, cuius Liturgia extat inter alias Syrorum Patrum, qui omnes vsque ad sextum, & septimum viguere sæcula, hic enim in Commentario in Missam cap. 12. verba Consecrationis notis illustrans, esserit in Sacramento esse illũdmet Corpus, quod Christus ex Virgine assumpserat, vti superius innuimus, ac immediatè subdit

ܐܠܐ ܕܝܢ ܡܫܘܚܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܝܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܗܘܐ
ܕܠܘܩܒܠ ܘܐܦܢܝܢ ܕܒܠܗܘܢ ܡܕܝܢܬܐ . ܡܕܡܝܢܐ
ܗܘ

ܗܢܐ ܕܡܫܟܚܐ. ܗܝ ܝܡܝܢܐ ܕܢܣܒܬ ܥܦܪܐ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܘܫܚܠܦܬܗ ܘܥܒܕܬܗ ܦܓܪܗ ܕܐܕܡ
ܗܝ ܫܚܠܦܬܗ ܠܗܢܐ ܠܚܡܐ ܘܥܒܕܬܗ
ܦܓܪܗ ܘܫܚܠܦܬܗ ܠܚܡܪܐ ܗܢܐ ܘܥܒܕܬܗ
ܕܡܐ ܗܘ ܕܡܢ ܒܬܘܠܬܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܝܘܡܢ
ܐܬܝܕܥ ܥܠ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܕܡܩܪܒ
ܟܗܢܐ ܘܥܒܕ ܠܠܚܡܐ ܘܠܚܡܪܐ ܕܡܬܣܝܡ
ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܐ ..

Sed forsan quis interragat, quomodo hoc fieri possit, cui respondemus hoc fieri posse; illa enim dextera, quæ ab initio accepit puluerem ex terra, & commutauit eam, fecitque Corpus Adæ, illa eadem commutauit hunc panem, illumque effecit Corpus Christi, & commutauit hoc vinum, illudque effecit Sanguinem, qui est ex Virgine; sic etiam hodie intelligitur de pane, & vino, quod Sacerdos offert, & facit panem, & vinum, quæ ponuntur, Corpus, & Sanguinem Verbi Dei.

Sed luculentius, ac sanè mirabilius Ioannes Maro cap. 31. in eius Commentarijs in Liturgiā Sancti Iacobi Apostoli 6. *In Sacramēto Eucharistiæ est Corpus, & Sanguis Christi Domini sub speciebus panis, et vini.*

ܠܐ ܦܬܟܡܫܝܚܝܐ ܐܠܗܝܐ. ܗܘ. ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ
ܡܪܢ.

De Eucharistia.

ܒܪܡ ܝܕܥܝܢ ܫܪܝܪܐܝܬ ܕܦܓܪܐ ܘܠܐ ܒܦܐܣܛܐܝܬ
ܐܝܟܢܐ ܠܡܫܝܚ ܕܝܕܥܝܢ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ
ܘܐܝܬܘܗܝ ܐܦ ܐܠܗܐ. ܗܟܢܐ ܗܠܝܢ ܐܦܢ
ܡܬܚܙܝܢ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܦܓܪܐ
ܘܕܡܫܝܚܐ ܫܪܪܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܦܪܘܩܢ ܒܐܣܟܡ
ܐܕܫܐ ܕܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ..

Sed ſcimus eſſe Corpus, & Sanguinem Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, verè, & non figuratè, nam ſicut Chriſtus videbatur homo, & eſt Deus, ſic etiam & illa etiamſi videantur Panis & Vinum, ſunt verè, & realitèr Corpus, & Sanguis Saluatoris noſtri, ſub ſpeciebus Panis, & Vini. vbi ergò ſunt impanationes, vbi figuræ, vbi metaphoræ, vti huiuſce noſtri ſæculi Nouatores aſſerere conantur? quo enim igitur pacto hi audebunt Catholicæ Religionis Cultores Paſchaſi-tarum vocabulo appellare tamquàm Paſchaſij Ratberti Abbatis Corbeienſis Aſſeclas vti vult Claudius Miniſter Charantonenſis, qui vt ipſe falsò aſſerit primus fuerit tranſubſtantiationis Inuentor circa Annum Dominicæ Incarnationis octingenteſimum, &, vigeſimum primum;

mum; Ex supradictis enim satis superquè demonstratur Ioannem Maronem ducentis circiter annis ante Paschasium multa de hoc admirabili exarasse mysterio, & antè Maronem cæteri superiùs allati; Paschasius enim, vt notat Bellarminus in Cathalogo Scriptorum, primus fuit, qui ex professò de hac re scripsit contra quemdam Bertramum, qui tunc de hoc sacramento cœperat hæsitare, aliàs certissimum erat; Ecclesia namque non tantùm Chaldæorum, sed omnes Nationes Orientales Nestoriani nimirum, Iacobitæ, Cophti ac Maronitæ, nec leuitèr quidem de hoc sacramento dubitant, prout videre est apud Antonium Arnoldum aduersùs præfatũ Claudium in eius tractatu, cuius titulus est, *La perpetuité de la foy de l'Eglise Catholique touchant l'Eucharistie.*

Obseruandum tamen est Syros omnes quamuis vsque adhuc profiteantur Transubstantiationẽ fieri per verba prolata à Sacerdote in persona Christi, & nequaquam per Orationem subsequentẽ Inuocationis Spiritus Sancti; Mihi tamen locus est suspicioni, an Syri Iacobitæ an- *7. An omnes Syri antiquitus conuenerint in formula Consecrationis.*

De Eucharistia.

tiquitùs fuerint omnes huius persuasionis, cum in Codice perantiquo, qui extat inter libros Abrahami Ecchelensis nulla adsit in aliquibus eorum Liturgijs formula consecrationis, quæ proferatur à Sacerdote in persona Christi, sed tantùm in subsequenti oratione inuocationis Spiritus Sancti petitur vt descendat Spiritus Sanctus, & efficiat; seu commutet Panem in Corpus, & Vinum in sanguinem; quòd præsertim legitur in Liturgia Thomę Iacobitæ Episcopi Germaniciæ, in qua narratiuo modo legitur absque vlla formula consecrationis ea quæ Christùs Dominus patrauit in cænaculo cum Discipulis suis, cuius hæc sunt Verba.

ܒܪܟ ܘܩܕܫ ܘܩܨܐ ܘܝܗܒ ܠܫܠܝܚܘܗܝ
ܩܕܝܫܘܗܝ ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ
ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܛܗ̈ܐ. ܗܟܢܐ ܘܟܣܐ ܕܡܙܝܓ
ܡܢ ܚܡܪܐ ܘܡܝ̈ܐ ܘܒܪܟ ܘܩܕܫ ܘܝܗܒ
ܠܫܠܝܚ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܘܐܡܪ ܣܒܘ ܐܫܬܘ ܡܢܗ
ܟܠܟܘܢ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܀

Benedixit & sanctificauit, & fregit, deditque Discipulis suis, accipite, manducate ex

ex eo omnes in veniam peccatorum.

Et ſimiliter & Calicem poſt mixtionem Vini, & aquæ & benedixit, & ſanctificauit, deditque Diſcipulis ſanctis, & dixit accipite, bibite ex eo omnes in remiſſionem peccatorum, & in Vitam æternam.

In Oratione tamen ſubſequenti Inuocationis Spiritus Sancti petitur à Deo vt deſcendat Spiritus Sanctus ſuper oblata, vt illa efficiat Corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſic enim legitur.

ܘܟܕ ܡܓܢ ܢܥܒܕ ܠܠܚܡܐ ܗܢܐ ✠ ܦܓܪܐ
✠ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ✠ ܠܡܙܓܐ
ܕܒܟܣܐ ܗܢܐ ܢܥܒܕ ܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ
ܕܝܠܢ ܀

Et cum deſcendis efficiat panem hunc ✠ Corpus ✠ Chriſti Dei noſtri ✠ & mixum quod eſt in hoc Calice efficiat ſanguinem Chriſti Dei noſtri.

In Liturgia autem Dioniſij Barſalibi pariter Iacobitæ Archiepiſcopi Amedenſis, hæc habentur.

ܘܢܓܢ ܘܢܪܚܦ ܘܢܫܪܐ ܘܢܩܕܫܝܘܗܝ ܘܢܫܡܠܝܐ
ܠܗܘܗܝ

De Eucharistia.

ܘܗܟܢܐ ܘܠܟܣܐ ܗܘ ܕܡܙܓ ܡܢ ܚܡܪܐ
ܘܡܢ ܡܝ̈ܐ ܘܒܪܟ ܗܢܘ ܕܡܗ ܕܝܠܗ
ܝܩܝܪܐ ܓܡܪܗ ܀

Et benedixit, & sanctificauit, & fregit, & Corpus suum vocauit illud.

Et calicem similiter quem miscuit ex Vino & aqua & benedixit, hunc ipsum sanguinem suum pretiosum perfecit.

In Oratione deinde Inuocationis Spiritus Sancti super oblata hæc sequuntur.

ܘܢܫܡܠܐ ܠܚܡܐ ܗܢܐ ܦܓܪܐ ✠ ܕܡܫܝܚܐ ✠ ܘܡܡܙܓܐ
ܐܠܗܢ ✠ ܘܠܡܡܙܓܐ ܕܒܟܣܐ ܗܢܐ ܢܫܚܠܦ
ܢܫܬܠܡ ܠܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܀

Et panem hunc perficiat ✠ Corpus ✠ Christi Dei nostri ✠ & mixtum quod est in hoc Calice transmutet in sanguinem Christi Dei nostri.

Conijcitur ex his Liturgijs earum Compilatores saltem Thomam Episcopum Germaniciæ putasse consecrationẽ fieri per orationem inuocationis Spiritus Sancti, cum nulla in eius Liturgia adsit formula prolata à Sacerdote in persona Chri-

Christi; quia de altera Dionisij Barsalibi Archiepiscopi Amedensis valde dubitandum est, an verè eo modo quo suprà eam attulimus, fuerit ab eodem sic composita, dum in alijs Iacobitarum Codicibus, quæ circumferuntur adest in eadē Liturgia formula consecrationis prolata à Sacerdote in persona Christi, prout etiam extat in cæteris Liturgijs in ijsdem Codicibus contentis, in quibus nulla fit mentio de præfati Thomæ Liturgia, quin imò pænes me extat cōmentarium in Missam eiusdemmet Dionisij Barsalibi, vbi capite 12. luculentissimis illustrat notis formulam consecrationis à Sacerdote prolatam in persona Christi, quem textum superiùs adnotauimus in hac eadem materia, Sed quidquid sit an putent consecrationem fieri per hanc formulam, an per orationem inuocationis Spiritus Sancti, firmum stat eos admisisse consecrationē per Transubstantiationem, vti ex ijsdem Liturgijs manifestè colligitur in oratione inuocationis Spiritus Sancti.

Quod spectat ad materiam huius

8. De Eucharistia. *De Materia Sacramenti Eucharistiæ varij Ritus.*

Sacramenti, & si vehementer arrideat Mabillonij eruditissimi recentioris opinio, Græcos semper cum Asseclis fermentum adhibuisse, retinentissimi enim semper extitere suorum Rituum, vtinam, & eadem constantia fidem patrum intemeratam seruare studuissent, & laudatam in Ecclesia Rituum varietatem sine Christianæ vnitatis iniuria seruassent. Maronitas tamen in hoc Ritu cum eisdem sensisse non erit qui facilè inde sibi persuaserit, dum Armenos, inter ipsos Græcos, in Azymis celebrasse ab ipso suæ conuersionis exordio à Diui nempè Gregorij illuminatoris Æuo, melior Authorum ferat sententia, illius Ecclesiæ antiquissimis fulta monumentis. Imò verò eosdem à cæteris recesisse Nationibus in hoc, vt in reliquis quampluribus, post inuectos à Seuero, & Iacobo in Syriam circa diuinam Christi æconomiam errores, & exitiale Orientalibus Schisma mihi au thoritates inferiùs adducendæ validissimè persuadent; quæis eidē Nationi, Azymorum vsus decem sæculis antiquior comprobatur; An verò ante præfatam Maronitarum à reliquis Nationibus

bus Iacobitis inquam, & Nestorianis, & Monothelitis secessionem, vnum, eumdemque ritum cum illis sequuti fuerint, & si certum, & quasi prò indubitato statui quidquam vix possit in re adeò obscura, ea tamen præterire non debeo, quæ etsi veritatem inter antiquitatis rudera latitantem exhibere non possint, certè facem melioris ingenij Viris præferent in hac perdifficili quæstione, quæ præclara iam quidem fatigauit ingenia.

Accedat nobis in primis Gabriel Qlaius Antistes Cypri, qui floruit inter Maronitas ante ducentos annos. Is enim in Tractatu de Sacramentis cap. 3. de Eucharistia Sect. 6. de materia huius Sacramenti ità loquitur

9. *Exponuntur authoritates pro Azymo.*

تكون مادة هذه التقدمة نقية صافية بغير زغل
وبغير اختلاط نظيفة من الخمير : ومن فعل ضد ذلك
هو عمل مشاكل عن ما عمله المسيح وسلّمنا اياه وامرنا
فنتبع نسخته لاننا نعرف من المكتوب انه قدّم
وقدس جسده في فطير نقي ۞

Materia huius oblationis esse debet pura, munda, sine labe, ac mixtione, immunis à fermentato, qui autem contra hoc fecerit, faciet

De Eucharistia.

ciet contrà id, quod fecit Christus, nobisque tradidit, & precepit, vt sequeremur exemplum eius, quia scimus ex Scriptura eum obtulisse, & consecrasse suum Corpus in Azymo mundo.

Habetur rursus in Constitutionibus Ecclesiæ Maronitarum cap. 10. quæ ante sexcentos Annos è Syro Idiomate Arabici iuris factæ sunt à Dauid Archiepiscopo vti supra innuimus

ثم نبتدى بذكر الوصيه الجديده واخذ حينيذ من
ذلك الخبز الذى كان على تلك المايده الفطير وحمله
على يديه وبارك ۞

Tum aggredimur commemorationem precepti noua legis. Et accepit denique ex illo pane azymo, qui erat super illa mensa, & sustulit illum manibus suis, & benedixit eum. Quod licet de Cæna Domini intelligendum veniat, suadet tamen intentum de vsu Azymorum in Ecclesia Maronitarum, in qua ille liber receptus est, qui cumque enim, vel vnam, vel alteram materiæ speciem vsurpant hoc se Christi exemplo probare iactant, itaut Græci cum non satis probare possent Pascha-

lem

lem Cœnam à Domino fuiſſe antecipatam, ad miraculum confugerint dicentes à Chriſto Domino licèt in ea nocte ſolus Azymus inueniretur, & ille ſolus in Menſa poſitus eſſet, illum in fermentatum ſimul fuiſſe conuerſum, vt in eo Sacra operaretur Myſteria. Ita Algerus lib. 7. cap. 10. Arcudius lib. 3. de Sacram. Euch. cap. 55. alijque.

Similiter Neſtoriani, & Iacobitæ, vt fermentatum afferant, Chriſti exemplo, hæc in Liturgia Matthæi Paſtoris recitant.

ܘܟܕ ܨܒܐ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܠܡܫܡܠܝܘ
ܚܡܝܪܐ ܕܐܪܙܐ ܕܚܝܐ ܟܣܐ ܒܗ ܘܚܪ
ܒܗ ܠܘܬ ܐܒܐ ܘܐܘܕܝ ܘܒܪܟ ܘܩܕܫ ܘܩܨܐ ::

Et cum teſtamentum nouum voluiſſet perficere accepit Panem fermentatum, in quo vitæ myſterium abſconditum eſt, & aſpiciens ad Patrem gratias egit, & benedixit, & ſanctificauit, ac fregit.

Contra Maronitæ cum Armenis, alijſque Nationibus Occidentalibus, Azyma vindicant Chriſti exemplo, & aiunt, hoc facere ad ſignificandum

Chri-

De Eucha-ristia.

Christi Carnem sine corruptione conceptam, cum fermentatum corruptionem designet; nec non & sinceritatem ad vsum huius Sacramenti à fidelibus requirenda, & enixè prò posse comparandam iuxtà sententiam Apostoli, *itaque epulemur non in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in Azymis sinceritatis, & veritatis,* quem Pauli Textum fermentarij adeò sibi iniquum, & contrarium existimarunt, vt eundem deprauare haud veriti, pro fermento Azyma, & hoc pro Azymis supposuerint, vt videre est in editione Iacobitarum Arabica, ab Illustriss. ac eruditissimo D. Stephano Aduensi Patriarchæ Antiocheno Maronitarum repræhensa in Marone vindicato, quàm primùm in lucem proditura.

Agè verò antiquissimam hanc fuisse Maronitarum sententiam de Cæna Domini probat luculenter Breuiarium Maronitarũ Hebdomadæ maioris, quòd vetustissimum esse suprà ostendimus, ab Apostolorum Discipulis compositum, & á Sancto Iacobo, & Ephrem Syris, qui tertio, & quarto viguere sæculo in maiorem formam redactum. In Proæmio

mio enim matutini fœriæ quintæ, hæc ad propositum de Christo Domino recitantur.

ܦܛܝܪܐ ܠܚܘܕܬܢ ܡܬܐܟܠ ܗܘܐ ܘܚܡܝܪܐ
ܗܘ ܕܠܥܬܝܩܘܬܢ ܗܘܐ ܡܪܡܙ ܡܒܛܠ ܗܘܐ.

Azymus ad renouationem nostram manducatur, & fermentatum illud, quod vetustatem nostram significabat cessare facit. Et vetustissimum esse apud Maronitas Azymorum vsum, ex his collegit, & docuit Hieronymus Dandinus lib. 1. cap. 34. Missionis Apostolicæ, vbi Maronitas in pane Axymo temporibus omnibus consecrasse scribit.

Præterea idem Confirmat, quòd legitur in eiusdem nationis Liturgijs, in illa præsertim S. Marutæ Archiepiscopi Tagritensis in Mesopotamia, quem meminit Baronius in Martyrologio die 4. Decembris, & Nicephorus Calixtus lib. 14. cap. 18. Eccl. Hist. sub Imperio Theodosij Iunioris, & Ildegardis eius Vxoris, qui cæperat Imperium anno 408. In oratione igitur inuocationis Spiritus S. præfatæ Liturgiæ hæc habentur:

ܘܠܚܡܐ

De Eucharistia.

ܘܠܚܡܐ ܗܢܐ ܦܫܝܛܐ ܢܫܚܠܦ ܘܢܓܡܘܪ
ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܐܬܢܟܣ ܚܠܦܝܢ ܒܙܩܝܦܐ ..

Et panem hunc simplicem comutet, & perficiat Corpus, quod immolatum est prò nobis in Cruce. Vbi notandum est panem hunc simplicē esse panem Azymum, hoc enim nomē ܦܫܝܛܐ *Schbhimo* significat *simplicem, syncerum, purum hoc est sine admixtione ulla*, teste Io: Baptista Ferrario in nonomenclatore Syriaco; Idemque prorsus sonat græco idiomate *Azymos*, hoc est *panem purum, vel sincerum, vel simplicem, vel qui excrescentiam non habet* teste Varino, alijsque in eorum Lexicon; quod etiam affirmat Cornelius à Lapide Commentarijs illustrans illa verba S. Pauli ad Corinth. cap. 5. *Sed in Azymis sinceritatis, & veritatis*, sic enim ait: *alludit ad Cænas puras Paschatis, in quibus non fermentato sed Azymo, idest puro pane vescebantur*; implicat enim panem esse purum, & sincerum, si in illo adsit aliqua corruptio, seu alteratio teste Haymone Episcopo Halberstatensi, qui floruit an. 842. hic enim in præfatum D. Pauli textum

tum ait : *Sinceris materia est, quæ naturam suam perfectè seruat, & nulla corruptione interius fucata, aut corrupta, semper in melius proficit, non in peius*, idemque asserit D. Thomas exponens eadem verba D. Pauli : *Sincerum dicitur, quod est sine corruptione*, quod nequaquam dici potest de fermentato, in quo adest vetustas, & corruptio teste eodem D. Thoma ibidem.

Sed & nulla magis expressa, & magis conuincens, probatio suppetit, & quæ totam hanc difficultatem exhaurire videatur quam ea, quæ ex luculentis Io: Maronis scriptis depromitur quem sexto viguisse sæculo supra demonstratum est Euthychij Alexandrini in 2. tomo Annalium auctoritate, hæc enim cap. 16. Commentarij in Liturgiam D. Iacobi tradit

ܘܠܐ ܢܐܡܪ ܕܝܢ ܕܦܛܝܪܐ ܠܚܡܗ ܕܝܠܗ ܠܐ ܠܫܡܫܐ
ܐܡܪܝܢ ܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܦܛܝܪܐ ܐܘ ܡܚܡܥܐ
ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ܚܘܫܒܐ ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܘ ܒܚܡܝܥܐ
ܕܗܘ ܡܩܪܒ ܐܘ ܒܦܛܝܪܐ ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܦܨܚܐ
ܕܝܗܘܕܝܐ ܒܗܘ ܡܬܥܒܕ ܗܘܐ ܒܡܘܥܕܐ
ܕܦܨܚܐ.

De Eucharistia.

ܘܐܝܟܢܐ. ܒܪܡ ܐܝܠܝܢ ܕܒܚܡܝܪܐ ܡܩܪܒܝܢ
ܡܟܣܝܢ ܠܢ ܥܡ ܐܪܡܢܝܐ..

Ad illud autem, quod petitis an conueniens sit offerre de pane fermentato an Azymo. Respondemus, de hoc nos non habere praeceptum dominicum, vel Apostolicum, quod hoc iubeat, & illud vetet, quapropter hi in hoc, & illi in illo conficiunt iuxta morem detentum; Attamen qui in fermentato offerunt, arguunt nos simul cum Armenis.

Neque obstat dicere textum hunc Maroni esse suppositititium, eo quia nulla tunc temporis facta fuisset de Azymis quæstio inter Orientales & Occidentales quod euenit Michaelis Cerularij Patriarchæ Constantinopolitani æuo, sub anno 1052. quamuis enim hic Patriarcha Romanam aduersús Ecclesiam tunc generale litigium excitasset, non officit quin in alijs regionibus peculiare aliquod discrimen diuersas inter Nationes incidisset, sicut enim vicinus à vicino alienus, vt plurimum est, sic Nationes diuersis imbutæ ritibus, de gloria, & primatu litigiosis altercationibus in contentioné,

atque

atque discrimen veniunt; Hæc enim animorum alienatio inter Orientales Iustiniani Imperatoris euenit temporibus sub Anno 561. dum omnes Syros in fide sibi non adhærentes insequutus est, quiq; ex illis suum amplexi sunt dogma, ab insultationibus redditi fuere immunes, ac Melchitarum, hoc est *Imperialium*, adepti sunt nomen, vti legitur in Chronicon Alexandrino arabico à Ioanne Morino Blesensi citato parte 2. in præfatione de sacris ordinationibus Syrorum Iacobitarum, & Eutichianorum, vbi loquens de persecutione Iustiniani Imperatoris in Syros præfatum citat Alexandrinum Textum, refert eum *Constituisse Apollinarem Alexandriæ Præfectum, & Patriarcham, qui clausit Ecclesias, occiditque ex Iacobitis plusquàm ducenta millia virorum, mulierum, & puerorum, & promulgauit fidem melchitarum.* 10. *Quonam tempore insurrexerit Schisma in Syria inter eius Nationes.*

Hoc Iustiniani aduersùs Syros odium, non tantùm Alexandriæ, sed in ipsamet Syria magnas excitasse turbas, refert Illustrissimus, ac Reuerendissimus Stephanus Edenensis Antiochenæ Ecclesiæ Maronitarum Patriarcha in Ecclesiasti-

cis historijs, ac Theologicis Disciplinis apprimè versatus, hic enim in quibusdam notis ad me missis, ex varijs Orientalium Codicibus excerptis, hæc scribit de Iustiniani Imperio

فتقدمت الروم الى بلاد الشام فقتلوا ونهبوا وسلبوا
واحرقوا جميع ما كان مناصبا لقولهم الفاسد ومن
ذلك الحين انقسموا اهل الشام فرقتين والذين
تبعوا الملك تسمّوا ملكية ۞

Progressi sunt Greci Syriam, occiderunt, & deuastarunt, ac furati sunt, ignique dederunt omnes, qui falsa eorum dicta aduersabantur, & ex illo tempore in duas Syriæ populi diuisi sunt partes, & qui secuti sunt Imperatorem, Melchitæ, hoc est Imperiales fuere vocati, Queis fauet Nicephorus lib. 18. & Cronicon Alexandrinum ad annum 567.

11. *Quæstio de Azymis inter Maronitas, & Melchitas.*

Ex quo factum est, vt Maronitæ aduersùs Melchitas insurrexerint, ac perpetua cum illis exercuerint odia, & tamquàm hostes, ac hæretici haberentur, ac multotiès Maronitæ, Libani Incolæ arma suscipientes aduersùs Melchitas Regionis *Kuræ*, illis conterminæ, confli-

ctus

ctus plurimos inter sese habuere, præcipuèque in illo propè *Amiun*, quæ est *Kuræ* Metropolis, multi cecidere ex Melchitis, eoque hæc inuasit hostilitas, vt decretum Patriarchæ auctoritate emanauerit sub pæna excommunicationis, ac dignitatum Priuationis vnà cum Posteris, ne Libani Princeps hospitem acceptaret hæreticum, seù Melchitam, pro cuius obseruatione, dum Saracæni Syriam aggressi sunt, excommunicationis mucrone fuit idem Princeps perculsus, & à Populo contemptus, & eiectus, quia Melchitas in suam acceptasset Regionem, vt refert Gabriel Olai in Maronitarum historia, loquens de Libani Principe

ويكون محروم هو ونسله انكان هراطقة يسكنوا بلده :

Sub excommunicationis pæna maneat ipse, & progenies eius, si hæretici in eius manserint Regione, Et paulò inferiùs

ولاجل يونانيه فى العربه المقدم كان تحت حروم صعبه
كل الشعب قامن ضده : ومن الطاعه حلوا جنبه

Et proptèr Grecos, seù Melchitas, qui erant in Arbe (quod est Libani Oppidum) Prin-

De Eucharistia.

ceps sub graui extabat excommunicatione, omnis populus in illum insurrexit, & ab eius recesserunt obedientia.

Hac inita diuisione Melchitæ insecuti sunt Maronitas eorum damnantes ritus; eo quia hi fermentati præcipuè vsum reprobarent, prout habetur in allato Breuiarij Maronitarum textu; criminabantur ex aduerso Maronitæ Melchitas, qui tamquàm Azymorum hostes, asserebant, Azyma non esse panem, quod colligitur ex impugnatione Ioannis Maronis in ipsomet Schismatis ortu præfato cap. 16. vbi Melchitarum respondens obiectis, sic illorum affert sententiam

ܒܪܡ ܐܝܠܝܢ ܕܒܚܡܝܪܐ ܡܩܪܒܝܢ ܡܟܣܝܢ
ܠܢ ܘܠܡܥܪܒܝܐ ܘܠܐܪܡܢܝܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ
ܕܦܛܝܪܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܚܡܐ ܡܛܠ
ܕܟܠ ܐܡܬܝ ܕܠܚܡܐ ܐܡܪ ܟܬܒܐ ܠܘܬ ܗܘ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܚܡܝܪܐ ܡܫܬܘܕܥ܀

Et qui in fermentato offerunt, arguunt nos simul cum occidentalibus, & Armenis dicentes, Azymum non esse Panem, quoniam quotiescumquè liber dicit, Panem, de illo, in quo est fermentum intelligit. Præfatus

vige-

vigebat Auctor in perſequutionis exordio aduersùs Syros, quo tempore Melchitæ ſic cæperant vocari, Maronemque hi arguebant propter vnionem, ab eo cum Occidentalibus initam, teſte ipſamet Iacobitarum Syrorum Catacheſi, vbi de Marone ſequentia leguntur

لما جار الملك الدى للروم عـلى السريان واتيلـوم
قام مارون وافق الافرنـــــــج ۞

At cum Tyrannidem exercuerit Imperator aduersùs Syros, ſurrexit Maro, qui vnitus erat cum Franchis, (Quo nomine à Syris omnes Occidentales nuncupantur) quæ Maronis vnio, atque concordia cum Occidentalibus confirmatur ex Maronitarum hiſtoria à Quareſmio citata cap. 37. *Dilucidationis Terræ Sanctæ*, Vbi de Marone habetur Romam profectum fuiſſe cum Nuntio Honorij Primi Summi Pontificis, ſic enim in ea legitur, & *Profectus Tripolim Syriæ Ciuitatem, ibi offendit Nuntium Papæ Honorij, cumque Nuntius aduentum Maronis intellexiſſet, illum accerſiuit, vt de illius fide periculum faceret, ad quem cum accerſiſſet, & propoſitis appo-*

De Eucharistia. *sitè respondisset, in fide, & professione sua apprimè versatum inuentum secum Romam duxit, Romam cum peruenisset, propter Maronem fuit ibi Concilium congregatum, in quo Maronis fide examinata, vera inuenta fuit, tunc Pontifex illum Antiochiæ Patriarcham ordinauit.* Idemque de aduentu Maronis Romam affirmat Hieronymus Dandinus Visitator Apostolicus in missione ad Maronitas lib. 1. cap. 19.

Quemadmodum igitur Maronitæ Melchitas fermentati præsertim causa, & isti illos propter Azimi vsum execrationibus insectabantur, mirum ideò non est, Maronem supracitato cap. 16. asseruisse: *Nam qui in fermentato offerunt, arguunt nos simul cum Occidentalibus, & Armenis*; quia cum vtrisque sentiebat; Ex Armenorum enim Historia habetur hũc Azymorum vsum didicisse S. Syluestri Pontificis æuo, dum Magnus Gregorius Illuminator Primus Armeniæ Patriarcha vnà cũ Tyridate Rege ad fidem conuerso Romam proficiscerentur; què postea vsum, ipsi aiunt, confirmatum fuisse in duobus Conciliabulis sexto circiter sæculo peractis, in illo nimirum Theuinense

nense sub Nierxe Patriarcha, & in altero Manaschiertense sub Ioanne Oznienſi, vt testatur Galanus.

Ex hac igitur particulari controuersia in Syria exorta, probabile est in sexta Generali Synodo, quæ fuit prima post exortos Melchitas, hos agitasse quæstionem aduersus Azyma, vti refert Simeon Hierosolymitanus allatus à Leone Allatio exercitatione 28. in Creygtonem Anglum, sed quidquid dicant Græci, legem nimirum in eo Concilio fuisse latam, ne imposterum fierent à quoquam Fidelium, certum est, illos Patres hæc non prohibuisse, sed tantum aduersus Iudæorum Azyma comedentes sanciuisse iuxtà Canonem XI. Trullanum eiusdem Concilij.

Certum igitur est ex allatis, quæstionem hanc in Syria ante sextã Generalem Synodum fuisse inter Melchitas, & Maronitas agitatam, quod tunc Græcos inter, atque Latinos adhuc non euenerat, cum inter illos externa non exercerentur ad inuicem odia, quibus Maronitæ cum Melchitis iam erant implicati; at cum Animorum alienatio inter 12. *Controuersia de Azymis in Syria exorta est ante sextã generalem Synodum.*

De Eucharistia. Græcos, & Latinos sub Michaele Cerulario Patriarcha Constantinopolitano intercesserit, statim hic Romanam aduersus Ecclesiam odio permotus, hanc controuersiam, quæ antea inter aliquos tantum erat, reddidit communem, quod videtur innuere D. Antoninus in Annalibus de diuisione Ecclesiæ Græcæ à Latina tit. 22. c. 12. vbi loquens de Schismate tempore Michaelis Cerularij inchoato ob furoré Constantini Monomachi Imperatoris in Leonem Summum Pontificem, eò quia iniustis eius non consenserit placitis, sic ait: *Vt autem aptius hoc ageret causam inuenit, quia semen pessimum, quod fuerat disseminatum in Cordibus Græcorum per plurimos annos prius, & aliquando repullulauerit, vberius irrigauit;* Tribuitur tamen Cerulario hæc innouatio, quoniam, vt plurimum dicitur, quis esse alicuius controuersiæ, seu quæstionis Auctor, cum illam reddat Populo communem, quod probatur ex eo, quod euenit temporibus Sergij Patriarchæ Constantinopolitani, de quo in sexta generali Synodo legitur, fuisse Authorem in Ecclesia Dei nouitatum, hæresis

resis videlicèt Monothelitarum, vnam tantum in Christo Domino voluntatem, & operationem admittentis, prout habetur act. 13. præfat. Synodi: *Qui similia senserunt cùm Sergio, qui exorsus est, nouitatem vocis Cacodoxam, & blaspemam, introducere in Catholica Ecclesia Doctrinā:* Quod intelligendum est de nouitate cōtrouersiæ huius generalis, non autem particularis, cùm priùs hic error irrepsisset per Theodorum Pharanitam in Serm. ad Sergium Arsenoitarum Episcopum, vt affirmat Baronius sub anno 649. num. 17. in narrat. Conc. Lateranen. sub Martino I. vbi sic: *Primumque omnium facta est editio scriptorum Theodori Episcopi Pharanitæ, iste enim Princeps erroris habitus est, &c. ex quo fonte horrenda blasphemia, flueret de vna tantum in Christo voluntate, & operatione;* Quod confirmatur ex præfati Conc. Lateran. actis sub Martino I. vbi consultat. 3. sic habetur, *Theodori quondam Pharanitæ Episcopi in primis offerantur nobis conscripta, quoniam sicut nostis Beatissimi, hunc primum esse Authorem huiusmodi nouitatis per sua hæretica conscripta*, & paulò post legitur Epistola ab illo

missa

De Eucharistia. missa ad Sergium Arsenoitarum Episcopum.

Sergius itaque Patriarcha fuit tantum huius erroris propagator, vti habetur ex Nicæphoro Ecclesiast. Hist. lib. 18. cap. 54. & quamuis Theodorus Pharanita fuerit præfati Author erroris, nihilominus crimē hoc imputatur Sergio, quia illud in communi proposuit, vti legitur in disput. S. Maximi cum Pyrro, *quid igitur postquam Sergius multis modis morbum suum in communi proposuit, & maximam partem Ecclesiæ corrupit, ac vastauit.*

In Breuiario rursus causæ Nestorianorum collecto à S. Liberato Archidiacono Ecclesiæ Carthaginensis in tom. Conciliorum apposito post quintā generalem Synodum cap. 2. hæc leguntur: *De Paulo Samosateno, & quod sit Author Nestorianæ hæresis*, & c. 3. *de Appollinario, & quod sit Author Nestorianæ hæresis*; Paulus enim tertio, Appollinaris quarto viguere sæculo, nihilominus errores à præfatis excogitati; sub quinto sæculo tribuuntur Nestorio, eò quia illos generaliter tunc ipse promulgauerit. Idem itaq; intelligendum est de Michaelis Cerularij

Schis-

Schismate, quia quamuis fuerit per plurimos annos priùs quæstio de Azymis illi tamen tribuitur, quoniam hanc reddiderit Populis Orientalibus communem.

Manet ergò Maronitarum Nationem ab antiquis temporibus, Panes Azymos adhibuisse, quod etsi productæ Authoritates me certissimum reddant de eo tempore, quo á reliquis Syriæ Nationibus sese distraxere, attamen an ante illam ætatem hunc eumdem ritum seruauerint, eadem tamen probabilitate à me, nec asseritur, nec sanè defenditur; quamquam Authores adducti eidem fauere videantur, cum eam cōsuetudinem ita commendent, vt semper suo æuo antiquiorem supponant, certè si ipsi vel introduxissent, vel sua ætate recepta fuisset, hoc minimè fuerat reticendum, nec ipsi reticuissent; Contra tamen durissimum videtur, quod cum Pax inter Ecclesias Orientales cum Catholicæ Religionis vnitate regnaret, idemque esset Syris omnibus ritus, immò nec adhuc Maronitæ, vel Iacobitæ nomen sonaret, in Azymo Maronitæ toto Oriente

De Eucharistia.

te reclamante celebrarent; Certè qui asſereret hoc, contra præſumptam omniū in ritu tam eſſentiali concordiam conuincentibus Argumentis, & Textibus omni exceptione maioribus probare teneretur. Non me fugit, Syros alios Orientales, alios Occidentales ab Authoribus deſignari, & his Syriam, & Paleſtinam, illis Meſopotamiam, & Chaldæam attribui Barebræo teſte in Commentario cap. 2. ſuæ Grammaticæ, & inter vtramque gentem, plures notari in eodem ritu differentias à Ioanne Darenſe in Myſtagogia miſſæ Syrorum, atque hinc arbitror contingere potuiſſe, vt fermentum ab Orientalibus, Azymum ab Occidentalibus, de quibus Maronitæ, fuerit in vſu, itaut Iacobitæ Iacobum Baradæum Meſopotamia oriundum, & vt ipſi tradunt, Epiſcopum Edeſſenum ſecuti, fermentum retinuerint, Maronitæ vero Monachorum Sancti Maronis in Syria exiſtentium doctrinam amplexi, ritum Azymorum ijſdem, & reliquis Occidentalibus Syris acceptum, nunquam abiecerint.

Hic tamen notandum eſt, Maronitas

tas mutasse modo Azymorum formam, illamque hostiarum recepisse, siquidem anteà apud ipsos placentulæ quædam conficiebantur triticeæ Azymæ, sed crassiores ad modum communis, & vsualis Panis, adeoque referentes speciem Panis fermentati, vt à multis existimatum sit, Panem illum fuisse fermentatum, ideòq; mendosè asseruere nonnulli, Maronitas consecrasse in fermentato, eoque magis opinio hæc confirmabatur, quod circumuicinæ Nationes omnes fermentato vterentur, quamob causam forsan deceptus scripsit Thomas Biatiensis lib. 7. part. 1. cap. 17. Armenos etiam non in Azymo, sed in fermentato celebrare. Quod vero ad mutationem figuræ Panis consecrandi attinet, id propterea factum est à Maronitis, quia commodior hæc species videbatur deferenda ægrotis, præsertim, cum extrà Vrbes, & loca reperirentur, vbi non extaret Ecclesia; Modus enim conficiendi eiusmodi hostias est longè facilior, nec mucori, vel corruptioni tam obnoxiæ sunt. Porro vetus Eucharistici panis forma, quam centum ab hinc annis hostiarum vsus à Mi-

13. *De forma Eucharistici panis.*

chae-

De Eucharistia.

chaele Risio Patriarcha Maronitarum inuectus, aboleuit, illa eadem est, quam Iacobitarum Ritus retinet immutatam. Placentas illi crassiores conficiunt in quibus duodecim cruces describunt, fermento, deinde sale, & nonnulli etiam oleo preparatas coquunt in clibano, tum demum celebrantibus destribuunt. Maronitæ tamen Azymorum sinceritatem amplexi, nec salem, nec oleum vnquam adhibuerunt: Cum ergo in sinaxi populo destribuenda sunt sacra Mysteria, in totidem partes, nempe duodecim, Sacerdos hostiam diuidit iam consecratam, itaut quælibet particula crucem retineat minimè truncatam; quem ritum commendat D. Ioannes Maro in Commentario sepè citato, Sacerdotes illos reprehendēs, qui secùs agebant, & hostias ita partiebantur, vt crucis figura tolleretur. An autem Ecclesia Romana formam, & quantitatem Hostiarum eandem inuariatam seruauerit, an vero è contrà pro libito nunc hanc, nunc illam figuram adhibuerit viderint illi, qui Maronitas in hac parte mutati ritus arcessunt, sanè nobis id nunquam persuaserint, ni pri-

mum

mum perſpicuè probent has formas ferreas, quas modò ad conficiendas hoſtias adhibemus in vſu ſemper fuiſſe, nec nouum eſſe inuentum, quod nemo in ſe receperit. Legendus de hac re Cardinalis Bona in tract. de reb. Liturgicis, & Mabilionius eruditiſſimus recentior in diſſertatione de Azimo. Imò verò ſi ab Eulogijs, quas olim non communicantibus diſtribui conſueuerunt in ſignum catholicæ Cummunionis argumentari licet, hoſtiarum ſupranotatam formam latinis etiam placuiſſe, non malè conijcies, eaſdem cruces enim in illis deſignatas, deſcriptaſque, & in eadem multiplicitate notatas, tradit ex antiquis S. Chriſogoni monumentis Eminentiſs. Annalium Parens ſub anno 51.

14. *Quamuis Syri tribuant communionē ſub vtraque ſpecie, non damnant illā ſub vnica ſpecie.*

Tribuunt Orientales populo communionem Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, ſed ita faciunt, vt non damnent illam ſub vnica ſpecie, quam frequenti vſu ita approbant, vt eam damnantes damnent. De Græcis, & Melchitis ambigeret non nemo, qui Præſantificatorũ miſſam, & ritum expenderet, quorum officium ſola Panis Symbola, cum gutta

San-

De Eucharistia. Sanguinis imbuta, reſeruanda iubet. Ritum hunc cũ nonnullis Chriſtiani Orientis Nationibus ſequuntur Maronitæ; licet Euchariſticum Panem Sanguine minime tingant, qui hanc Miſſam Præſanctificatorum

ܪܫܡ ܕܟܣܐ ..

hoc eſt *Conſignationem Calicis* appellarunt; In ea enim Calix non conſecratur, ſed ſimplici benedictione ſignatur; itaut illa celebritas per communionem ſub vnica ſpecie euidenter concludat. Cæterum Maronitas præfatos non improbato cæterarũ Nationum more diebus Sabbati, & Dominicæ, olim tantummodò diuina celebraſſe Myſteria, videtur innuere, quod in eorumdem officijs ad Matutinum diei Dominicæ hymno quinto recitatur, vbi iubentur fideles Apoſtolico præcepto ſe per hebdomadam præparare ad celebranda myſteria in prædictis diebus

ܘܢܬܛܝܒܘܢ ܠܩܘܪܒ ܐܪ̈ܙܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܫܒܬܐ
ܗܘܘ ܡܛܝܒܝܢ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܐ ܕܫ̈ܠܝܚܐ ..

Et comparabunt ſe ad oblationem Myſteriorum

rum ad diem Sabbati, & diem Dominicæ, iuxtà præceptum Apostolorum; Et hunc etiam Ægyptijs Monacis placuisse morem Cassianus collat. 18. cap. vlt. & collat. 3. cap. 1. insinuare videtur, posterioribus tamen temporibus hoc tantummodo statutis quadragesimæ diebus obseruatum fuisse docent Laodicæni Canones 49. & 51. & Canon Quinisextæ 52. in quibus extrà dies præfatos Diuinum Panem offerri vetarunt Synodi Orientales. Sacrificij enim solemnitatem, & lætitiam cum Ieiunij luctu, mæstitiaq; sociari non posse censuerunt; Quapropter, & Martyrum Natalitia, si quæ in id tempus inciderint ad Sabbatum, vel Dominicam transferenda iubet Canon cit. 51. Synodi Laodicænæ, sic Theodori Martyris festum in Quadragesima occurrens Sabbato celebrandum præscribitur; excipienda tamen ab hac Regula voluerunt SS. Quadraginta Martyrum, & Annuntiationis festa, quæ constituto semper die peragenda esse consuetudo præscripsit. In vtroque Maronitæ non ieiunant, Melchitæ in hoc vltimo tantum; Intermissam ergò, totius

De Eucharistia.

hebdomadæ decursu diuini Sacrificij celebrationem, solemnitate Præsanctificatorum supplendam esse præceperunt, & quod à Græcis per totam Quadragesimã peragitur; à Maronitis in vnica feria sexta hebdomadæ maioris seruatur, à Iacobitis verò, & Nestorianis omninò suppressa videtur.

Age verò non Maronitæ dumtaxat, quod superiùs Præsanctificatorum solemnitate probatum est], sed omnes enumeratæ superiùs Nationes communionem sub vnica specie Panis præbent Ægrotis, Pastoribus, rusticis, ac pluribus huius Conditionis hominibus, quoties Ecclesiam adire nequeunt, mos autem, & ritus huiusmodi quãuis vetustissimus, magis, magisque tamen inualuit apud Orientales mille ab hinc ferè annis postquam cæperunt Maumethanorum Principum iugo præmi, minimè tutum esse arbitrati calicem circumferre ad eos, qui ad Ecclesiam venire non possunt.

Rursus. Ritus est in Oriente præbendi Communionem pueris statim à Sac. Baptismate, vti suprà innuimus, atque huiusmodi communio sub vnica vini

ni specie tribuitur; nam Sacerdos intingit Sanguine extremum digitum, illumque sugendum exhibet puero. Hoc autem ita fit, tum quia Orientales æque fieri existimant sub vnica specie, ac sub duplici, tum quia pueri solidum cibum sumere non valent.

Ex hactenus dictis patet quod etsi Orientales Syrorum Nationes communicandi Laicos, ac præsertim in Communione solemni sub vtraque specie, obseruent ritum, non proptérea damnant Communionem sub vnica specie, quem Ritum posse Papam concedere alicui Regno, & Nationi, si expedire iudicauerit statuit Concilium Tridentinum sess. 22. in fin.

CAP. V. De Confessione auriculari.

Confessio Auricularis, quæ ab hæreticis huius Æui acriter impugnatur à Syris ex aduerso acerrimè defenditur; habetur enim in Rituali Maronitarum in primo ordine, qui est *Psaltes*, quod idem obseruatur in principio cuiuslibet ordinis

ܢܗܘܐ ܡܘܕܝܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܠܟܠܗܘܢ ܙ̈ܢܝܐ ܦܘܫ

De Confessione.

ܘܢܗܘܐ ܡܕܒܚܐ ܡܛܝܒ ܠܟܠܗܘܢ ܐ̈ܪܙܐ ܘܡܢ ܕܐܬܩܪܝ
ܢܕܟܐ ܢܦܫܗ ܡܢ ܠܓܘ ܒܙܝܢܐ ܪܘܚܢܝܐ ܩܕܡ ܐܒܘܗܝ ܪܘܚܢܝܐ ܀

Sit Altare dispositum omnibus Mysterijs, & qui vocatus est à gratia, purificabit Animam suam interiùs Armis spiritualibus ante Patrem suum spiritualem. In Officio quoquè Chaldaico S. Georgij in fine in explicatione illorum verborum Ezechielis cap. 37. *Ecce ego assumam filios Israel de medio Nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique;* Hoc legitur Arabicum commentum

لانه يوم القيامه يقول للاخراف الدين هم الصالحين
والتايبين الدين اعترفوا بخطاياهم وحملوا القوانين
يا مباركى ابـــــــــــــــــــــــــــــى ۞

Quoniam in die Resurrectionis dicet Ouibus (quæ sunt homines iusti), *& pœnitentibus, qui confessi sunt peccata sua, & confecerunt pœnitentias sibi impositas, Venite benedicti Patris mei.*

Ioannes Darensis in lib. de Hierarchia cap. 5. loquendo de Christo ait

ܡܚܣܐ ܕܘܟܝܬܐ ܕܟܠ ܘܕܘܒܪܘܗܝ ܠܐܒܝܫܘ
ܬܐ

ܠܗ̇ ܠܒ̈ܢܘܗܝ ܒܫܘܒܩܢܐ ܕܚ̈ܛܗܐ ܀

Reliquit Sacerdotium in Ecclesia, vt loco sui dominaretur filijs suis remissione Peccatorum, & cap.15. latissime explicat Sacerdotis Christiani præstantiam, eique datas esse claues ligandi, atque soluendi pluribus persuadet.

Idem prorsus admittunt Nestoriani, vt videre est in Abrahami Ecchellensis adnotationibus in Hebediesu, vbi affert totum cap. 7. tract. 4. lib. *Margaritarum* eiusdem Authoris, in quo accuratè varijs probat rationibus confessionem hanc auricularem, quod breuitatis causa innuere tantum sufficiat, idem legitur in eorum vetustissimis Codicibus, ac præsertim in eorum Rituali, cuius titulus est ܣܘܢܗ̈ܕܘܣ hoc est *Synodalia*.

Gregorius Barebræus in lib. dilucidationum tractat. 8. cap. 4. sect. 3. de Confessione sic habet

ܘܐܡܝܢܐ ܐܡܝܢܐ ܐܢ ܠܐ ܡܘܕܐ ܡܬܬܘܝܢܐ ܠܟܗ̈ܢܐ
ܦܓ̈ܥܐ ܕܢܦܫܗ ܘܡܩܒܠ ܡܬܬܘܝܢ
ܕܒܫܡܝܐ ܠܐ ܫܪܝܐ ܠܡܬܬܘܝܢܘܬܐ ܡܢ ܚܘܒܐ

De Confessione.

ܘܐܝܟܢܐ ܐܣܝܐ ܕܦܓܖ̈ܐ ܐܠܐ ܐܢ ܩܕܡ ܡܩܕܡ ܝܕܥ
ܚܫ̈ܐ ܕܢܦܫ̈ܬܐ ܠܐ ܡܨܝܐ ܠܡܐܣܝܘ. ܘܡܪ̈ܥܐ
ܕܡܟܣܝܢ ܟܐܒ̈ܝܗܘܢ ܘܡܡܪܚܝܢ ܕܢܐܣܘܢ
ܢܦܫܗܘܢ ܠܗܘܢ ܛܥܝܢ ܡܢ ܢܝܫܗܘܢ :

Quemadmodum Medicus, nisi pracognoscat dispositiones corporeas, qua prognostica appellantur, easdem preponderans nequit mederi, vel curare vnquam, sic & Sacerdos. Medicus animarum, nisi precognoscat Passiones Anima nequit sanare; & agroti, qui calant morbos suos, audentque sanare seipsos aberrant à suo scopo; Igitur Sacerdos debet cognoscere passiones Animæ, quæ sunt peccata, neque sufficit de peccatis petere simpliciter veniam à Deo, neque Baptismum memoria repetitum potest peccata delere, vti asserunt hæretici, necesse namq; est, ista peccatorum prolatio facta auriculariter Sacerdoti, quia vt bene hic protulit, *Ægroti, qui calant morbos suos, audentque seipsos sanare aberrant à suo scopo*, vbi notandum est per ly *morbos suos*, intelligere omnes morbos, hoc est omnia peccata, ac præsertim mortalia, aduersus aliquorum Hæreti-

co-

corum opinionem asserentem, non esse necessarium omnia mortalia confiteri Sacerdotibus, idem enim Author in Epigrammate ad quemdã Amicum scribit

ܐܪ̈ܙܝ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܟܘܡܪܐ ܗܘ ܠܟ ܐܓܠܐ ..

Secreta mea omnia tamquam Sacerdoti tibi reuelabo, quasi dicat quemadmodum omnia Secreta, seu peccata mea Sacerdoti confiteor, sic, & tibi omnia arcana mea aperio.

Ad ea quæ de Medico animarum Barebræus præmisit, attexenda videntur ea, quæ in Bræuiario simplici Maronitarum fer. 5. ad Vesperas recitantur (est apostrophæ ad animã peccatoris)

ܓܥܝ ܡܢ ܠܒܟܝ ܘܦܪܘܫܝ ܥܘܠܟܝ ܕܚܐܣ
ܛܒܐ ܥܠ ܡܣܟܠܢܘܬܟܝ ..

Clama de corde tuo, & detege iniquitatem tuam, quoniam propitius erit bonus lapsui tuo; Quod melius expressit Iacobus Sarugensis in cat. de Pœnitent. cuius opera seruantur in Bibliotheca Patriarchali Canobinensi

ܣܓܘܕ ܦܫܝܩܐ ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܘܒܝܬ ܐܢܫܐ ܐܝܟ ܗܢܐ ܕܢܒܥܐ

De Confessione.

ܘܗܘ ܗܘ ܟܐܒܐ ܚܘܝܗܝ ܠܐܣܝܐ ܘܗܘ ܢܚܒܘܫ ܠܟ ..

peccatum incidit in te, tu ſcis, vbi momorderit te ipſum idem morbus eſt, oſtende Medico, & ipſe colligabit te. Athanaſius Epiſcopus Hieroſolymitanus celeberrimus apud Orientales Cathechiſta, hæc in homilia Dominicæ 7. poſt Pentecoſtem Populo ſuo inculcat

لا يبقى احد بلا اعتراف من خمسة عشر سنه وصاعد
لا رجل ولا امرة بل كل واحداً يكن له معلم روحاني
يعترف له بخطاياه ويعمل باوصاياه وقوانينه لكـــى
يحضوا بالخلاص وهذا الشي ما اقوله انا مـــن عندى
بل القوانين المقدسه تامر بذلـــــــك ۞

Nec remaneat vllus ſine confeſſione ab anno decimoquinto & ſupra, non Vir, non Mulier, ſed vnuſquiſq; habeat Magiſtrum Spiritualẽ, cui ſua peccata confiteatur, & eius mandata exequatur, & Canones, vt ſalutem obtineat, & hoc, non ego dico ex me, ſed Sacri Canones hoc præſcribunt; Hæc eadem repetit in Homilia Dominicæ 5. poſt Paſcha, vbi pluribus perſuadere conatur traditam Sacerdotibus noui Teſtamenti facultatem ligandi, atque ſoluendi.

Le-

Legitur in Rituali Iacobitarum, dum agitur de hoc Sacramento confessionis

ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܩܪܒ ܒܪܢܫܐ ܕܢܘܕܐ ܘܢܓܠܐ
ܡܘܕܥܢܘܬܗ ܕܓܘܪܐ ܐܘ ܙܢܝܘܬܐ ܐܘ
ܩܛܠܐ ܐܘ ܓܢܒܘܬܐ ܐܘ ܢܟܠܐ ܐܘ
ܚܡܬܐ ܐܘ ܐܟܠܩܪܨܐ ܐܘ ܡܕܡ ܕܗܘ ܡܢ ܣܘܥܪܢܐ
ܒܝܫܐ ܕܚܛܝܬܐ..

Cum autem homo accedit ad confitendum, & manifestandum adulterium, seu fornicationem, seu homicidum, seu furtum, seu fraudem, & itacundiam, seu dolosam accusationem, seu aliquid, quod est ex operibus malis peccati: Tunc Sacerdos absoluit Pœnitentem deprecatorio modo, ac dicit, se absoluere virtute potestatis sibi à Domino traditæ, & imposita manu capiti Pœnitentis secretum absolutionis recitat, in qua plura præfatus de misericordia Dei erga genus humanum, & de collata Sanctis Apostolis peccata dimittendi potestate subiungit

1. Variæ formulæ absolutionis recensentur.

ܡܫܪܝܢܢ ܠܗ ܐܘ ܠܗ ܒܚܘܝܠ ܕܗܘܕܝܬܐ
ܗܘܐ ܡܫܠܡܢܐ ܒܚܘܒܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ
ܘܡܫܒܚܢܢ ܠܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܡܚܝܢܐ ܕܟܠ
ܥܠܡ

De Confes-
sione.

ܒܗܘܢ ܕܐܦ ܠܢ ܗܢܘ ܥܒܕܝܟ ܝܗܒܬ ܫܘܠܛܢܐ ܟܗܢܝܐ
ܡܬܟܫܦܝܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܪܚܡ ܐܢܫܐ ܫܒܘܩ
ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܡܟܝܟܐ ܕܪܟܢ ܪܫܗ ܩܕܡ
ܪܚܡܝܟ ..

Et per eos etiam nobis seruis tuis hanc potestatem dedisti Sacerdotalem. Oramus itaque, & depracamur Antropophilium tuam dimitte huic seruo tuo abiecto, qui caput suũ inclinauit ante misericordiam tuam, & condona ei omnes blasphemias, & peccata, & transgressiones, & abnegationes, & ausus temerarios, &c. Deinde tribus vicibus in eius faciẽ insufflat Cruci formiter dicens

ܐܬܚܠܨ ܚܛܗܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܚܘܒܝܟ
ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܐܡܝܢ ܘܐܬܚܠܨ ܡܢ ܒܝܫܬܐ
ܘܐܬܦܪܩ ܡܢ ܕܡܫܚܐ ܘܡܢ ܚܛܗܐ ܕܟܠܗܘܢ
ܣܘܥܪܢܐ ܕܥܒܕܬ ܘܡܢ ܡܡܠܠܐ ܕܥܠܝܟ ܕܠܐ
ܬܪܨܐ ܒܫܡܐ ܕܒܪܐ ܐܡܝܢ. ܐܬܕܟܐ ܡܢ
ܚܘܒܝܟ ܘܡܢ ܣܘܪܚܢܝܟ ܘܫܒܘܩ ܠܟ ܘܐܬܢܩܦ
ܠܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܠܒܝܫܘܬ ܠܥܒܘܕܐ ܕܩܢܘܡܐ
ܘܐܬܡܪܚ ܘܐܬܚܠܨ ܘܐܬܚܕܬ ܒܪܘܚܐ ܚܕܬܐ
ܘܐܬܦܪܘ ܡܫܝܚܐ ܒܫܡܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ..

Dissi-

Diſſipetur peccatum ab omnibus membris tuis in nomine Patris Amen, & conſequere veniam ab inequitate tua, & liberare ab impietate tua, & ab excommunicationibus, tranſgreſſionibus, & contemptu Diuinorum in nomine filij Amen, purificare, & mundare à blaſphemijs tuis infidelitate in Deum, & ſanctificare ab audacia tranſgreſſionis Canonum, & ſis purus, & mundus, atque hæres in Ouili Sancto Ouium Chriſti in nomine Spiritus Sancti in ſæcula Amen.

Præfatam abſoluendi formam legitimam, & validam ſemper iudicatam fuiſſe à Patribus Eccleſiæ Latinæ luculenter oſtendunt Ritualia antiqua manuſcripta, & edita, Sacramentaria, & Pænitentiaria antiquiſſima, & recentiora ad annum 1300. vti legitur in ordine Romano antiquiſſimo ab Amalario citato, vbi multa de Sacramẽto Pœnitentię præfatus adnotans hanc formulã abſolutionis ſuper Pœnitentem recitandã præſcribit, *Exaudi Domine præces noſtras, & confitentium tibi parce peccatis, vt quos conſcientiæ reatus accuſat, indulgentia miſerationis tuæ abſoluat;* Similem nobis quoad modum depræcatorium exhibent cætera

De Confessione.

ra antiquitatis monumenta; tam pro publica, quàm pro priuata pœnitentia, tàm pro ſanis, quàm pro morientibus; Quod & validiſſimè confirmat teſtimonium Burgardi, qui ex profeſſo aggreſſus docere Confeſſarios ritus, & formam benè adminiſtrandi huiuſmodi ſacramentũ, vbi & minima quæque, & minùs neceſſaria proſequitur, & explicat; tandem, cum ad abſolutionis formulam deuenit, hiſce verbis enunciandam eſſe inſinuat. *Frater Noſter abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum per inuocationem ſancti Nominis, & per miniſterium noſtrum percipere merearis hìc, & in æternum.*

De Orientalibus dubitari non poteſt, eos nullam aliam formulam præter deprecatiuam adhibuiſſe ſemper, & hactenùs etiam ſemper frequentare; cum nullam omnino aliam exhibeant antiquiſſima Euchologia ante ſchyſma à multis annis deſcripta, nullam aliam recentiora proponant, vt videre eſt apud Iacobum Goar, qui vetuſtiſſima nonum etiam ſæculum antiquitate ſuperantia nactus plures abſolutionis formas, & omnes

omnes deprecatorias ex eisdem congessit fol. 662. & sequen. Eucologij illustrati. Formæ autem absolutionis, quas de præsenti Latina Ecclesia enunciat; antiquitatem duodecimi sæculi non excedere eruditissimè persuadet Ioannes Morinus in suo de Pœnitentia tractatu, neque scholasticis adeò displicuisse, vt eam saltem in partem absolutionis integræ admittere respuerit, vti legitur apud Alex. Alensem, & S. Bonauenturam prima inter scholasticos nomina; nec aduersatur assumpto Tridentinū definiens, Pœnitentiæ formam in illis verbis consistere, *Ego te absoluo &c.* Hæc enim definitio antiquis Orientalium ritibus præiudicare non debet, quorum in hac re traditionem Florentina Synodus non improbauit, quæ cū ab ijsdem leuioris quoque momenti ritus, rationesque poposcisset, sanè in re tam graui siluisse crimen erat; Quomodo autem hæc cum illa forma concilianda sit, non vacat examinare, licèt non pauci inter vtramque formam solum accidentale discrimen recognoscant, & quoad modum enunciandi, non quoad substantiam,

quàm

De extrama Vnctione.

ܒܗ̇ ܐܠܡܥܡܕ̈ܐ ܘܡܫܬܡܫܝܢ ܒܡܫܚܐ ܘܟܪ̈ܝܗܐ.
ܘܡܫܚܝܢ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܡܠܬܐ ܕܫ̈ܠܝܚܐ
ܡܫ̈ܝܚܐ ܡܫܝܚܝܢ ܗܘܘ ܒܡܫܚܐ ܘܡܬܐܣܝܢ ܗܘܘ

Fit enim Oleum, quo vngantur Baptizati ante Chrisma in Baptismo, & fit in sanitatẽ Infirmorum, sicut verbum Apostoli Iacobi fratris Domini Nostri, qui dicit, siquis infirmatur vocet Presbyteros vngentes eum Oleo orationis, & in actis Apostolorum, inulti Infirmi vngebantur Oleo, & sanabantur; Quem Ritum vngendi Infirmos præfato Oleo innuit Concilium wormatiense cap. 72. habitum anno Domini 878. sub Adriano II. Sumωo Pontifice, & Ludouico II. Imperatore.

Oleum pro infirmis etiam apud Maronitas benedicitur ab Episcopo, vt ait Gabriel Qlai in tract. de Sacrament. cap. 1. loquens de hoc Sacramento ait

الزيت المقدس في ساعه النزيع اعني قبل طلـــوع
الروح يكون مقدس مع الميرون من راس كهنته ۞

Oleum Sanctum in hora agonis ante exitum animæ sit benedictum cũ Chrismate à Principe Sacerdotum; Rectè monet, Oleum à

Prin-

Principe Sacerdotum benedictum ad Sacramentalem vnctionem esse adhibendum, ita enim Maronitarum Rituale præscripsit, dum cæremonialem á Sacramentali distinxit, & Oleum in ea actione benedictum in duo Vasa seiuncta distribuendum esse tradidit; Quorum alterum vnctionis Sacramentalis Oleum continens, speciali prece, & inuocatione Sancti Spiritus magna cum solemnitate benedicitur ab Episcopo; Alterum verò in Adstantium, & omnium fidelium benè valentium gratiam eodem tempore alijs tamen precibus, & alio ordine benedictum ad quotidianum fidelium Pœnitentium vsum deputatur, & hic benedictionis Ritus *Lampas maior* dicitur, eo quod & maiore solemnitate fiat, & ab ipso Episcopo consecretur.

Altera benedictio etiam dicitur ܩܢܕܝܠ *Lampas*, quæ licèt fiat ab Episcopo, vt supra innuimus, quia tamen hoc Oleum fræquentius adhibetur, solet etiam fieri à septem Presbyteris, si adsint, itaut à minori etiam numero Sacerdotum benedicatur, qui post paratum in Paropside Oleum immergunt in illud 2. *Altera benedictio fit, vel ab Episcòpo, vel à Præsbyteris.*

O par-

De Confessione.

ܘܐܝܟܢܐ ܐܣܝܐ ܕܢܦܫ̈ܬܐ ܐܠܐ ܗܘ ܡܩܕܡ ܝܕܥ
ܚܫ̈ܐ ܕܢܦܫܬܐ ܠܐ ܡܨܐ ܠܡܐܣܝܘ. ܘܟܪ̈ܝܗܐ
ܕܡܛܫܝܢ ܟܐܒ̈ܝܗܘܢ ܘܡܡܪܚܝܢ ܕܢܐܣܘܢ
ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ ܛܥܝܢ ܡܢ ܢܝܫܗܘܢ ..

Quemadmodum Medicus, nisi præcognoscat dispositiones corporeas, quæ prognostica appellantur, easdem preponderans nequit mederi, vel curare vnquam, sic & Sacerdos. Medicus animarum, nisi precognoscat Passiones Animæ nequit sanare; & ægroti, qui calant morbos suos, audentque sanare seipsos aberrant à suo scopo; Igitur Sacerdos debet cognoscere passiones Animæ, quæ sunt peccata, neque sufficit de peccatis petere simpliciter veniam à Deo, neque Baptismum memoria repetitum potest peccata delere, vti afferunt hæretici, necesse namq; est, ista peccatorum prolatio facta auricularitér Sacerdoti; quia vt bene hic protulit, *Ægroti, qui calant morbos suos, audentque seipsos sanare aberrant à suo scopo*, vbi notandum est per ly *morbos suos*, intelligere omnes morbos, hoc est omnia peccata, ac præsertim mortalia, aduersus aliquorum Hæreti-

co-

corum opinionem afferentem, non esse necessarium omnia mortalia confiteri Sacerdotibus, idem enim Author in Epigrammate ad quemdã Amicum scribit

ܐܪ̈ܙܝ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܟܗܢܐ ܠܟ ܐܓܠܐ ..

Secreta mea omnia tamquam Sacerdoti tibi reuelabo, quasi dicat quemadmodum omnia Secreta, seu peccata mea Sacerdoti confiteor, sic, & tibi omnia arcana mea aperio.

Ad ea quæ de Medico animarum Barebræus præmisit, attexenda videntur ea, quæ in Bræuiario simplici Maronitarum fer. 5. ad Vesperas recitantur (est apostrophæ ad animã peccatoris)

ܩܥܝ ܡܢ ܠܒܟܝ ܘܦܪܘܣܝ ܚܘܒܝܟܝ ܕܢܬܪܥܐ
ܛܒܐ ܠܗ ܡܣܬܠܩܢܘܬܟܝ ..

Clama de corde tuo, & detege iniquitatem tuam, quoniam propitius erit bonus lapsui tuo; Quod melius expressit Iacobus Sarugensis in cat. de Pœnitent. cuius opera seruantur in Bibliotheca Patriarchali Canobinensi

ܡܘܕܝܢܘ ܦܫܝܩܐ ܕܗܘ ܐܝܬ ܕܐܝܬ ܐܢܫܐ ܕܟܗܢܐ

De Confes-
sione.

ܘܗܘ ܗܘ ܟܐܒܐ ܚܘܝ ܠܐܣܝܐ ܘܗܘ ܢܐܣܘܪܟ ..

peccatum incidit in te, tu scis, vbi momorderit te ipsum idem morbus est, ostende Medico, & ipse colligabit te. Athanasius Episcopus Hierosolymitanus celeberrimus apud Orientales Cathechista, hæc in homilia Dominicæ 7. post Pentecostem Populo suo inculcat

لا يبقى احد بلا اعتراف من خمسة عشر سنة وصاعدا
لا رجل ولا امرة بل كل واحدًا يكن له معلم روحاني
يعترف له بخطاياه ويعمل باوصاياه وقوانينه لكي
يحضوا بالخلاص وهذا الشي ما اقوله انا من عندي
بل القوانين المقدمة تامر بذلك ❀

Nec remaneat vllus sine confessione ab anno decimoquinto & supra, non Vir, non Mulier, sed vnusquisq; habeat Magistrum Spirituale, cui sua peccata confiteatur, & eius mandata exequatur, & Canones, vt salutem obtineat, & hoc, non ego dico ex me, sed Sacri Canones hoc præscribunt; Hæc eadem repetit in Homilia Dominicæ 5. post Pascha, vbi pluribus persuadere conatur traditam Sacerdotibus noui Testamenti facultatem ligandi, atque soluendi.

Le-

Legitur in Rituali Iacobitarum, dum agitur de hoc Sacramento confeſſionis

ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܩܪܒ ܒܪܢܫܐ ܕܢܘܕܐ ܘܢܓܠܐ
ܡܫܘܕܥܘ ܓܘܪܐ ܐܘ ܙܢܝܘܬܐ ܐܘ
ܩܛܠܐ ܐܘ ܓܢܒܘܬܐ ܐܘ ܢܟ̈ܠܐ ܘܚܡܬܐ ܐܘ
ܩܛܪܓܘܪܝܐ ܐܘ ܡܕܡ ܕܗܘ ܡܢ ܣܘܥܪ̈ܢܐ
ܒܝ̈ܫܐ ܕܚܛܝܬܐ ..

Cum autem homo accedit ad confitendum, & manifeſtandum adulterium, ſeu fornicationem, ſeu homicidum, ſeu furtum, ſeu fraudem, & itacundiam, ſeu doloſam accuſationem, ſeu aliquid, quod eſt ex operibus malis peccati : Tunc Sacerdos abſoluit Pœnitentem deprecatorio modo, ac dicit, ſe abſoluere virtute poteſtatis ſibi à Domino traditæ, & impoſita manu capiti Pœnitentis ſecretum abſolutionis recitat, in qua plura præfatus de miſericordia Dei erga genus humanum, & de collata Sanctis Apoſtolis peccata dimittendi poteſtate ſubiungit 1.

Variæ formulæ abſolutionis recenſentur.

ܘܡܠܐ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܐܦ ܠܢ ܠܥ̈ܒܕܘܗܝ ܢܘܗܒ
ܗܘܐ ܫܘܠܛܢܐ ܕܗܘܐ ܠܫ̈ܠܝܚܐ ܘܠܟܗ̈ܢܐ
ܘܡܩܒܠܢܘܬܐ ܠܡܫܒܩ ܚܛܗ̈ܐ ܕܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ
ܢܗܒ

De Confessione.

ܠܥܒܕܟ ܕܐܬܪܟܢ ܪܫܗ ܩܕܡ ܩܕܡ ܡܪܚܡܢܘܬܟ
ܘܫܒܘܩ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܓܘ̈ܕܦܐ ܘܚܛ̈ܗܐ
ܘܡܥܒܪ̈ܢܘܬܐ ܘܟܦܘܪ̈ܝܐ ܘܡܪ̈ܚܘܬܐ
ܘܫܪܟܐ ܀ ܀

Et per eos etiam nobis seruis tuis hanc potestatem dedisti Sacerdotalem. Oramus itaque, & depracamur Antropophilium tuam dimitte huic seruo tuo abiecto, qui caput suũ inclinauit ante misericordiam tuam, & condona ei omnes blasphemias, & peccata, & transgressiones, & abnegationes, & ausus temerarios, &c. Deinde tribus vicibus in eius facié insufflat Cruci formiter dicens

ܐܬܐܠܨܘ ܫܘܒܚܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܗܘ̈ܦܟܝܗ
ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܐܡܝܢ ܘܐܬܚܠܨܐ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒ
ܘܐܬܚܪܪ ܡܢ ܪܘܚܐ ܘܡܥܡܕ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܒܠܝܐ
ܘܡܢ ܡܥ̈ܒܕܐ ܘܡܥܒܪ̈ܢܘܬܐ ܕܒܠܝܐ ܕܠܐ
ܡܢܬܐ ܒܫܡܐ ܕܒܪܐ ܐܡܝܢ. ܐܬܕܟܐ ܡܢ
ܒܘܣܡ ܘܡܥܘܪ ܕܟܠܗ ܐܬܐܬܪܝܫ ܡܢ
ܒܝܕܘܬܐ ܕܠܐ ܚܒܘܪ ܕܚܛ̈ܝܬܐ.
ܘܐܬܚܠܨ ܘܐܬܬܣܠܝܩ ܐܬܚܠܨ ܒܫܡܐ ܕܪܘܚܐ
ܕܩܘܕ̈ܫܐ ܡܚܝܢܐ ܒܫܡܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀ ܀

Dissi-

Dissipetur peccatum ab omnibus membris tuis in nomine Patris Amen, & consequere veniam ab inequitate tua, & liberare ab impietate tua, & ab excommunicationibus, transgressionibus, & contemptu Diuinorum in nomine filij Amen, purificare, & mundare à blasphemijs tuis infidelitate in Deum, & sanctificare ab audacia transgressionis Canonum, & sis purus, & mundus, atque hæres in Ouili Sancto Ouium Christi in nomine Spiritus Sancti in sæcula Amen.

Præfatam absoluendi formam legitimam, & validam semper iudicatam fuisse à Patribus Ecclesiæ Latinæ luculenter ostendunt Ritualia antiqua manuscripta, & edita, Sacramentaria, & Pænitentiaria antiquissima, & recentiora ad annum 1300. vti legitur in ordine Romano antiquissimo ab Amalario citato, vbi multa de Sacramẽto Pœnitentię præfatus adnotans hanc formulã absolutionis super Pœnitentem recitandã præscribit, *Exaudi Domine præces nostras, & confitentium tibi parce peccatis, vt quos conscientiæ reatus accusat, indulgentia miserationis tuæ absoluat;* Similem nobis quoad modum depræcatorium exhibent cætera

De Confessione.

ra antiquitatis monumenta; tam pro publica, quàm pro priuata pœnitentia, tàm pro ſanis, quàm pro morientibus; Quod & validiſſimè confirmat teſtimonium Burgardi, qui ex profeſſo aggreſſus docere Confeſſarios ritus, & formam benè adminiſtrandi huiuſmodi ſacramentũ, vbi & minima quæque, & minùs neceſſaria proſequitur, & explicat; tandem, cum ad abſolutionis formulam deuenit, hiſce verbis enunciandam eſſè inſinuat. *Frater Noſter abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum per inuocationem ſancti Nominis, & per miniſterium noſtrum percipere mærearis hìc, & in æternum.*

De Orientalibus dubitari non poteſt, eos nullam aliam formulam præter deprecatiuam adhibuiſſe ſemper, & hactenùs etiam ſemper frequentare; cum nullam omnino aliam exhibeant antiquiſſima Euchologia ante ſchyſma à multis annis deſcripta, nullam aliam recentiora proponant, vt videre eſt apud Iacobum Goar, qui vetuſtiſſima nonum etiam ſæculum antiquitate ſuperantia nactus plures abſolutionis formas, &

omnes

omnes deprecatorias ex eiſdem congeſſit fol. *662*. & ſequen. Eucologij illuſtrati. Formæ autem abſolutionis, quas de præſenti Latina Eccleſia enunciat, antiquitatem duodecimi ſæculi non excedere eruditiſſimè perſuadet Ioannes Morinus in ſuo de Pœnitentia tractatu, neque ſcholaſticis adeò diſplicuiſſe, vt eam ſaltem in partem abſolutionis integræ admittere reſpuerĩt, vtì legitur apud Alex. Alenſem, & S. Bonauenturam prima inter ſcholaſticos nomina; nec aduerſatur aſſumpto Tridentinũ definiens, Pœnitentiæ formam in illis verbis conſiſtere, *Ego te abſoluo &c.* Hæc enim definitio antiquis Orientalium ritibus præiudicare non debet, quorum in hac re traditionem Florentina Synodus non improbauit, quæ cũ ab ijſdem leuioris quoque momenti ritus, rationeſque popoſciſſet, ſanè in re tam graui ſiluiſſe crimen erat; Quomodo autem hæc cum illa forma concilianda ſit, non vacat examinare, licèt non pauci inter vtramque formam ſolum accidentale diſcrimen recognoſcant, & quoad modum enunciandi, non quoad ſubſtantiam,

quàm

quàm concordiæ rationem init Pater Vasquez in forma Baptismi, quam Græcos adhibere modo imperatiuo non rectè supponit, cum è contrà modo indicatiuo vbique referatur in omnibus eorumdem Ritualibus, quod benè notauit Io:Card. de Lugo in tract. de Pœnitentia.

CAP. VI. De Sacramento Extremæ Vnctionis.

Extremam vnctionem, quæ apud Orientales vocatur *Oleũ Lampadis* connumerari ab ijsdem inter septem sacramenta iam supra innuimus, & haberi hoc sacramentum probatum ex rubrica Ritualis Orientalium, vbi in illo Maronitarum hæc habentur.

صلاة على المريض في ساعة موته الكاهن يجيب من
الزيت المقدس في وعا نظيف ويقول ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ.
وباقي الصلوات المرتبة لذلك وبعد ذلك يصلب
على الزيت ويدهن سبعة مواضع بجسد المريض ۞

Oratio super infirmum hora obitus appetentem, afferat Sacerdos ex Oleo Sancto in vase mundo, & dicat Pater noster, & reliquas ad hoc statutas orationes, tunc benedicat Oleum signo Crucis, & vngat corpus infirmi in septem locis; Eodem ferè modo cæteræ Nationes Orientales conficiunt.

Quod

Quod autem spectat ad benedictionem huius Olei notandum est apud Syros duplicem esse maiorem, & minorem, vtramque Lampadis nomen habere; Prima fit ab Episcopo, vti habetur in Rituali Syrorum Iacobitarum, qui pro vnctione Infirmi vtuntur Oleo benedicto ab Episcopo, quo vnguntur etiam infantes, quando baptizantur, antequam Sacramentum Chrismatis accipiāt, hæc enim leguntur in præfatorum Iacobitarum Rubrica

I. De duplici Olei benedictione, & prima fit ab Episcopo.

ܡܩܪܒܝܢ ܡܫܚܐ ܕܟܝܐ ܕܙܝܬܐ ܒܡܐܢܐ ܘܢܣܒ
ܠܗ ܚܕ ܡܢ ܟܗܢ̈ܐ ܘܡܩܪܒ ܠܗ ܠܘܬ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܡܪ ܥܠܘܗܝ ܨܠܘܬܐ ܀

Afferat Oleum purum oliuarum in Vase, illudque accipit vnus ex Sacerdotibus, offertque Episcopo, & dicit super illud Orationem, post cuius recitationem subdit eadem Rubrica

ܘܗܐ ܕܝܢ ܡܫܚܐ ܕܡܬܩܕܫ ܒܗ ܒܩܕ̈ܝܫܐ
ܡܢ ܩܕܡ ܡܕܡ ܒܗ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܗܘܐ
ܠܐܣܝܘܬܐ ܕܟܪ̈ܝܗܐ ܐܝܟ ܡܠܬܗ ܕܫܠܝܚܐ
ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗ̄ ܕܡܪܢ ܕܐܡܪ ܕܐܢ ܟܪܝܗ ܗܘ
ܐܢܫ

De extrama Vnctione.

ܒܗ ܓܝܪ ܠܡܥܡ̈ܕܐ ܘܡܬܡܫܚܝܢ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܙܕܩܐ܂
ܘܒܐܘܚܕܢܐ ܐܝܟ ܡܠܬ ܕܫܠܝ̈ܚܐ
ܗܝ ܕܐܡܪ ܕܡܫܚܐ ܗܘܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܡܥܒܕ ܗܘܐ

Fit enim Oleum, quo vngantur BaptiZati ante Chrisma in Baptismo, & fit in sanitatē Infirmorum, sicut verbum Apostoli Iacobi fratris Domini Nostri, qui dicit, si quis infirmatur vocet Presbyteros vngentes eum Oleo orationis, & in actis Apostolorum, multi Infirmi vngebantur Oleo, & sanabantur; Quem Ritum vngendi Infirmos præfato Oleo innuit Concilium wormatiense cap. 72. habitum anno Domini 878. sub Adriano II. Summo Pontifice, & Ludouico II. Imperatore.

Oleum pro infirmis etiam apud Maronitas benedicitur ab Episcopo, vt ait Gabriel Qlai in tract. de Sacrament. cap. 1. loquens de hoc Sacramento ait

الزيت المقدس في ساعة النزيق اعنى قبل طلوع
الروح يلون مقدس مع الميرون من راس كهنة ۞

Oleum Sanctum in hora agonis ante exitum animæ sit benedictum cū Chrismate à Principe Sacerdotum; Rectè monet, Oleum à

Prin-

Principe Sacerdotum benedictum ad Sacramentalem vnctionem esse adhibendum, ita enim Maronitarum Rituale præscripsit, dum cæremonialem á Sacramentali distinxit, & Oleum in ea actione benedictum in duo Vasa se iuncta distribuendum esse tradidit; Quorum alterum vnctionis Sacramentalis Oleum continens, speciali prece, & inuocatione Sancti Spiritus magna cum solemnitate benedicitur ab Episcopo; Alterum verò in Adstantium, & omnium fidelium benè valentium gratiam eodem tempore alijs tamen precibus, & alio ordine benedictum ad quotidianum fidelium Pœnitentium vsum deputatur, & hic benedictionis Ritus *Lampas maior* dicitur, eo quod & maiore solemnitate fiat, & ab ipso Episcopo consecretur.

Altera benedictio etiam dicitur ܩܢܕܝܠܐ *Lampas*, quæ licèt fiat ab Episcopo, vt supra innuimus, quia tamen hoc Oleum fræquentius adhibetur, solet etiam fieri à septem Presbyteris, si adsint, itaut à minori etiam numero Sacerdotum benedicatur, qui post paratum in Paropside Oleum immergunt in illud 2. *Altera benedictio fit, vel ab Episcòpo, vel à Præsbyteris.*

De extrema Vnctione.

paruam tritici placentam cum septem Ellychnijs in eadem confixis, incipiuntque illius benedictionem recitando eorum quilibet Epistolam, ac Euangelium, aliasque Orationes propositæ rei satis accommodatas, & vnusquisque post preces recitatas accēdit vnum Ellychnium, quibus omnibus accensis, & recitatis septem Epistolis, septemque Euangelijs, non solum ægros, sed etiam bene valentes, & Pœnitentes inungunt, imo, & semetipsos, quod tamen fit propter deuotionem, fidemque suscipientis, illudque ad hoc exercendum, quoties opus fuerit, domi seruant; quæ Olei benedictio, quia fit à solis Presbyteris absque Episcopo *Lampas minor* vocatur.

3. *Quomodo Syri vtantur hoc Oleo.*

Nihilominus vtroq; Oleo Orientales ferè omnes olim promiscuè vsi sunt; Melchitæ profectò hoc vltimo vtuntur pro vnctione Infirmorum, etsi non sit benedictum ab Episcopo, sed tantum à septem Presbyteris. Circà numerum Presbyterorum assistentium, qui septem esse debent, innuit in notis ad D. Gregorij *Sacramentorum* Vgo Menardus, & hunc etiam fuisse vsum olim in Ecclesia Occiden-

dentali; Cõgruentias autem huius septenarij numeri explicat Thessalonicensis, quod sicut septem sũt dona Spiritus Sancti, sic infirmus vngendus sit septem vnctionibus; secundò, quia ita Elias septies pro filio Sunamitidis orauit, eumque resuscitauit, ita septies orans aperuit Cœlos, quibus addunt Oriẽtales etiam propter septem peccata mortalia, quibus potest infirmus subiacere, & ideo septem Corporis partes vngunt ad expiandos, & sanctificandos sensus, per quos deliquit. Sed in vnctione hoc Syri religiosè obseruant, quod quando illa suscipitur deuotionis ergò, non vngunt septem Corporis partes, sed dumtaxat locum morbo affectum, & tunc non recitant formam Sacramenti; At verò cum sumitur per modum Sacramenti vngit Sacerdos septem Corporis partes, nimirum ægri frontem, mentum, ambas genas, itaut fieri videatur in capite ad modum Crucis, deinde pectus, tùm manus, idque ex vtraque parte, postremò pedes: vngitur pectus ob contentum cor, ex quo oriuntur cogitationes, vnde Christus Dominus Matthæi 15. *de Corde exeũt*

De extrema Vnctione.

cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, falsa testimonia, Blasphemiæ; Vnguntur omnes Capitis partes, quia in capite collocati sunt præcipui corporis sensus; formula autem vnctionis est hæc, vti legitur in ordine Olei Lampadis Iacobitarum, necnon & Maronitarum

4. *Recensentur variæ formulæ in administratione Sacramenti extremæ Vnctionis.*

ܘܡܫܚ ܟܕ ܐܡܪ. ܠܚܘܣܝܐ ܕܣܟܠܘܬܐ
ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛ̈ܗܐ ܢܫܬܪܪܘܢ ܗܕ̈ܡܝܟ
ܐܝܟ ܗܕ̈ܡܐ ܕܡܫܪܝܐ ܐܡܝܢ.

Et vngit dicens in veniam culparum, & in remissionem peccatorum, consolidentur membra tua, sicut membra paralitici Amen.

Syri Maronitæ suos infirmos vngunt etiam sub hac alia forma

ܬܐܬܐ ܡܪܝ ܪܘܚܟ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܘܬܫܪܐ ܥܠ
ܪܫܗ ܕܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦܠܢ ܘܢܬܕܟܐ ܘܢܗܘܐ
ܘܢܬܚܣܐ ܡܢ ܚܛ̈ܗܐ ܘܥܘ̈ܠܐ ܘܣܟ̈ܠܘܬܐ
ܕܥܒܕ ܥܡܟ ܒܪܥܝܢܐ ܘܠܐ ܒܪܥܝܢܐ
ܒܝܕܥܬܐ ܘܠܐ ܒܠܐ ܝܕܥܬܐ..

Adueniat Domine mi Spiritus tuus viuens, & sanctus, & insideat capiti serui tui huius N. & mundetur, & purus fiat, & sanctificatus

catus à debitis, & peccatis, & ignorantijs, quæ gessit coram te volens, seù nolens, sciens, vel ignorans.

Hanc Olei Lampadis benedictionem esse validam, ac illius vsũ sub debita forma verborum, verissimum Sacramentum non dubitant Orientales, tùm quia apud ipsos hæc consuetudo est inueterata, tùm quia numeratur à SS. eorum Patribus inter septem Sacramenta, vt videre est in Ioanne Marone, qui in Commentarijs Liturgiæ S. Iacobi c. 2. inter septem Sacramenta vnctionem huius Olei connumerat illam appellans

5. *Benedictio Olei, quæ vocatur* Lampadis *est verum Sacramentum.*

ܩܢܕܝܠܐ ܐܘܟܝܬ ܡܫܚܐ ܥܡ ܨܠܘܬܐ ܕܟܪ̈ܝܗܐ :

Lampas scilicèt, seù vnctio cum Oratione ad infirmos; Eoque magis hæc opinio roboratur assertione eorum Authorum, qui aiunt Consecrationem huius Olei non esse de essentia Sacramenti, & per consequens non esse de iure diuino, sed de præcepto Ecclesiastico, cuius sententiæ sunt Victoria in summa Sacramẽtorum conclusione 219. Ledesma 2. part. in 4. Sentent. quæst. 31. art. 6. & in eam quoque inclinare videntur Serrarius in

De extrema Vnctione.

Opusc. de extr. Vnct. cap. 7. num. 83. Gaietanus, Durandus, & Paludanus citati ab Arcudio in lib. 5. de Sacram. cap. 2. & ratio illorum est, quia Iacobi quinto exprimitur materia, forma, & minister, absque mentione benedictionis Olei.

Ideòque fortasse, vt notat Arcudius ibidem, antiqua Concilia, & SS. Patres vetant, Sacerdotes conficere, & consecrare Chrysma confirmationis, non autem hoc Oleum, & in instructione Clementis VIII. de ritibus Græcorum, qui hoc eodem Oleo Lampadis vtuntur pro vnctione infirmorum, hæc ad verbum tradit de Oleo Cathecumenorum, & Infirmorum; *Non sunt cogendi Presbyteri Græci, Olea Sancta præter Chrysma ab Episcopis Diocœsanis accipere, cum huiusmodi Olea ab eis in ipsa Oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seù benedicantur.* Scio, Græcos ab Arcudio repræhensos, eo quod eodem Oleo, subque forma eadem verborum, & ægros, & sanos vngant, quasi Sacramentum infirmorum proprium, beneualentibus contrà Iacobi Apostoli

auiho-

authoritatem conferre præsumant, licet non ea censura dignos Goar contendat in Euchologio, ad quem Lectorem remitto.

CAP. VII. De Sacramento Ordinis.

Nouarum Religionum conditores, varia de Ordinibus Sacris asseruere. Caluinus in primis tres tantum admittit, Diaconos nimirum, Presbyteros, seù Ministros, Episcopos, seù Pastores, & Superintendentes. Lutherus autem non solum debitos Sacerdotibus pernegat honores, verum ad tollendum ab Orbe Christiano omne Sacerdotium, immò ipsam Christi Sacrosanctam Religionē, & fidem omnes intendit neruos. Nam vbi nullum Sacerdotium, etiam nullum Sacrificium, & consequens est, vt notat Cardinalis Hosius in Prolegomenis aduersus Brentium, vt ibi nullus agnoscatur Deus; at cum id palam negare fortè non auderet, honesto titulo virus hoc propinare tentauit dum asseruit omnes Baptismo regeneratos ex æquo Sacerdotes esse, ita lib. de instituendis Ministris, vbi *Sacerdos*, ait, *in nouo præsertim Testamento non fit, sed nascitur, non ordinatur, sed creatur; nascitur verò, non carnis, sed Spi-*

De Ordine. *ritus Natiuitate, nempè ex Aqua, & Spiritu in lauacro regenerationis, suntque prorsus omnes Christiani Sacerdotes, & omnes Sacerdotes sunt Christiani.*

1. *Reÿcitur sententia Lutheri de Sacerdotio.*

In multis sanè grauiter nouator iste errare depræhenditur, sed in hoc grauissimè, quandoquidem nulla profectò Religio, falsa sit, an vera, quæ ad Sacra tractanda electos non constituat Viros, vnde Arist. lib. polit. *Oportet*, inquit, *in Ciuitate aliquos esse curam Deorum habentes*, scilicet Sacerdotes.

Sacerdotium etiam in naturali lege primogenitis dumtaxat seruabatur, & in Mosaica familiæ tantùm Aaron ex Tribu Leui; Nec sanè apud vllam gentem licuit vnquam Sacra promiscuè cõtrectare sine vllo delectu, & vnum quidem Regis Iudæorum Oziæ exemplum hac in re sufficeret, qui etsi Pius, & de Religione benemeritus, pessima tamen labe affectus est, & lepra contabuit, quià cum non esset Sacerdos, incensum Domino adolere præsumpsit, qua in re extat Azariæ Pontificis, & octoginta Sacerdotum inuicta, & præclàra illa admo-

monitio 2. Paralip. 26. *Non est tui officij ò Ozias, [vt adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium.* Saulem hac de causa à Domino reiectum, & à Samuele stultum vocatum legimus, quia Sacerdotale munus exercere ausus est, holocaustum offerendo, tametsi non temere, sed à necessitate compulsum, Sacrificium illud se fecisse testaretur: Quod si igitur tantis Regibus non licuit Sacerdotis Leuitici generis munere fungi, nempe Incensum adolere Deo, & Animalia mactare, eò quod ad id non erant consecrati, quantominus Sacra Christiana, ac præsertim Sacratissimum Redemptoris nostri Corpus, & Sanguinem sine vllo delectu, contrectare licebit Profanis, & ad id non inunctis? *Procul, ò Procul este prophani*, conclamauit Ethnica, & Gentilis vates, cum Sacro in luco inania dabat responsa, sed & Illustris admodum, & luculenta petitur eiusdem argumenti Confirmatio, ex eo quod Ioannes Darensis Orientalis Ecclesiæ traditionum fidelis Interpres cap. 15. tract. de Hierarch. Eccles. elegan-

De Ordine. gantissimè nobis exposuit; Postquam Sacerdotij nouæ legis mirabiles prærogatiuas explicasset, scribens

ܒܬܪ ܕܝܢ ܦܪܘܣܬ ܐܝܟ ܘܐܡܪ ܕܐܦ ܟܗܢܘܬܐ
ܗܝܟܠܐ ܐܬܝܗܘܢ ܡܟܝܠܐ ܦܘܫܩܐ ܕܟܠܢܫ
ܫܠܡܘܗ̇ ܕܡܬܝܗܒ ܒܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ ܕܐܦܝܢ
ܡܩܒܠܝܢ ܩܠܝܕܐ ܘܠܟܘܢ ܡܬܝܗܒܐ ܡܢ ܪܝܫ
ܕܠܗܘܢ ܒܫܡܝܐ ܐܠܐ ܠܗ ܕܟܠܢܫ ܫܠܝܛ
ܕܢܫܒܘܩ ܚܛܗܐ ܘܢܐܣܘܪ ܐܠܐ ܦܘܩܕܢܝ ܕܠܝܗ
ܘܙܒܢܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܠܐ ܕܝܢ ܐܢܫ
ܦܠܚ ܡܢ ܗܠܝܢ ܘܠܐ ܐܠܗܐ ܫܡܝܐ ܗܘܐ ܠܗ ܒܫܡܝܐ
ܥܡܗ ܘܥܒܕܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܡܠܟܘܬܐ
ܘܠܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܢܗܘܐ ܒܘܠܐ ܡܫܝܚܐ
ܠܗ ܐܦܪܘܚ. ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܡܢ ܐܦ ܗܘܐ
ܕܠܟܗܢܐ ܠܗ ܩܠܝܕܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܢ
ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܫܠܝܚܐ ܘܐܦ ܐܠܐ ܠܫܡܝܐ ܘܠܐ
ܐܠܗܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܚܘܒܐ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܕܥܠܡܐ...

Sed forsan obijciet non nemo dicens. Si nomina adoranda sunt Claues Sanctæ, vnusquisque potest illas adhibere; & dicimus. Etiamsi Claues istæ positæ sint ante omnes dome-

domesticos communiter, at non quisque potestatem habet aperiendi Ianuam, & claudere, sed is tantùm, quibus credita est administratio Domus, quod si quis aperuerit ex illis, quibus creditum non est, iste fur est, & Latro, & Iudicium sibi promeretur, vt Ozias Rex, qui quoniam ausus est ministrare, cum illi non esset decretum, lepram contraxit; Dico autem hoc etiam, quod Exteri, claues non habeant, quia vera carent fide, neque etiam Domestici, queis hoc non est creditum iuxta ordinem, & legem Ecclesiasticam. Præmiserat Author, Sacerdotium noui Testamenti plures, hasque præstantissimas habere dotes, quas inter enumerabat potestatem Clauium, ac Sacramentorum administrationem, quæ exerceri docebat per inuocationem adorandorum nominum Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, obijcit modò sibi ex præcedenti doctrina, quod cum ea nomina cuique fideli obuia sint, & nota, illis ergo vti poterit ad illos mirabiles effectus, quos ipse suprà demonstrarat, proprios esse solius Sacerdotij, quo etiam concludebatur, communem quoque omnibus fidelibus esse posse Sacerdotij pote-

De Ordine. poteſtatem, ad quam obiectionem Author conſequentiam apertè negat, & hanc peculiaribus quibuſdam perſonis ſecundùm ordinem, & legem Eccleſiaſticam ad hanc Hierarchiam euectis, aſſerit, & pluribus præter adducta per totum hoc Caput, & ſequentia confirmat.

2. *Etymologia Sacerdotij apud Orientales.* Quod totum probatur ex ipſa Sacerdotij nominis Ethimologia apud omnes gentes, quæ ſatis ſuperque indicat nobis, non omnes eſſe poſſe ſine delectu Sacerdotes. Chaldæi enim primi rerum Domini, ac vetuſtiſſimi mortalium Sacerdotium hoc vocabulo ܟܘܗܢܘܬܐ *Chohnuto* denotant, quod *vbertatem*, *abundantiamm*, *fertilitatem*, *fœcunditatem*, *beatitatem*, ac huiuſmodi ſignificat, & quidem aptiſſimè vt notat Ioannes Darenſis Sermone 2. de Sacerdotio

ܡܛܠ ܕܩܢܐ ܥܘܬܪܐ ܕܟܠ ܛܒ̈ܬܐ

ܘܡܥܬܪ ܠܟܠ ܚܕ ܕܡܬܩܪܒ ܠܗ ܘܡܬܩܕܫ܀

Quia poſſidet diuitias omnium bonorum, & ditat vnumquemque, qui ad illum accedit, & conſecratur; Quapropter, & in Syrorum Maronitarum ordinationibus vbique

que Sacerdotum Chriſtianorum dignitas *Domina Theſaurorum* nuncupatur; ܡܕܒܪܢܐ ex hac radice, & Sacerdotem dicunt ܟܗܢܐ *Chobno* fertilē, ac fœcundum; Porrò ex voce hac Chaldaica omnes ferè Orientales nationes Sacerdotij nomen acceperunt, vnde Arabes Sacerdotem appellant كاهن *Chahen*, Æthyopes *Chahen*, Armeni քահանայ *Kahana*, & ſic de alijs; Hebræi eodem vtuntur vocabulo כהן *Choben* ad denotandum illum, qui Diuinæ ſeruituti eſt addictus; ratæ omnes iſtæ Nationes magnam, imò ſummam illum nactum fuiſſe felicitatem, beatitatemque, cui Sacerdotium obtigit, nec infœcundum, ſterilemue cenſent eſſe eum, qui multorum authoritate & miniſterio parens eſt; hinc per Antonomaſiam quamdam Sacerdotes apud eoſdem dicuntur ܐܒܗܬܐ *Abohotò*, *Patres*, indeque factum eſt, vt Monaſteriorum Sacerdotes hoc nomine dignoſcerentur, vndè apud Latinos, aliaſque gentes *Abbates* nimirum Patres dicti ſunt mutuato à Chaldæis nomine, ac tropo, quo circa D. Gregorius Epiſt.
ad

De Ordine. ad Hermet. Episcop. Meten. *quis dubitet,* inquit, *Sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumque fidelium Patres, & Magistros censeri;* Ex his itaque liquet, non omnes Christianos esse Sacerdotes, quãuis verum sit, Sacerdotium Euangelicum neminem excludere, nisi adsit impedimentum aliquod Canonicum, eo enim modò latissimè patet, quo lex gratiæ, quæ omnes complectitur gentes, ac nationes, seruatis tamen ordinibus, & gradibus, quibus tota Sacerdotalis constat Hierarchia.

3. *De numero Sacrorum Ordinum.* Refelluntur insuper hæc Luthæri inania insomnia ex vetustissimis Chaldæorum monumentis, commune namque apud omnes habetur, ordines in tres diuidi Hierarchias, seù vt ait Ioannes Maro lib. 2. de Sacerdotio Ecclesiast. c. 4.

ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ܡܬܦܠܓܐ ܠܬܠܬܐ ܐܕ̈ܫܝܢ
ܐܝܟ ܐܕ̈ܫܐ ܐܕ̈ܫܝܢ܀

Diuiditur Ecclesiasticum in tres species specialissimas: Quarum vnaquæque tres continet gradus, ideoque nouem ordines numerant, quos nouem Choris

An-

Angelorum comparant; Prima enim seu præstãtior Hierarchia continet Patriarchatũ, Episcopatum, & Archipresbyteratum, secunda Presbyteratum, Archidiaconatum, & Diaconatum, tertia Subdiaconatum, Lectoratum, & Psaltem; de quibus omnibus Iacobitæ peculiares habent ordinationes, vt videre est in eorum Ritualibus, quamuis de his à Ioanne Morino in lib. de *Sac. Ordinat.* non exponantur, nisi tres tantum ordinationes, Presbyteratus nimirum, Episcopatus, & Patriarchatus ob carentiam forsan completorum exemplarium, quod colligitur in expositione Ritualis Maronitarum eiusdem Morini, vbi tantum legitur liber Ministri ordinandorum, hoc est, id quod Minister respondet Episcopo consecranti, non autem liber consecrationis, quæ fit ab Episcopo.

Notandum tamen hic est in aliquibus Iacobitarum exemplaribus loco ordinationis Archipresbyteratus, qui ܟܘܪܝܐ noncupatur extare ordinationem Corepiscopatus, qui ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ *Churiefisqufo* vocitatur, sicut sub ordina-

De Ordine. natione Patriarchæ includitur etiam illa Archiepiſcopi.

Quod dictum eſt de Iacobitis, idem færè obſeruatur á Maronitis, nouem itaque numerant ordines, videlicet

ܦܣܠܛܐ ܩܪܘܝܐ. ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܩܫܝܫܐ ܦܪܝܘܕܘܛܐ. ܐܦܝܣܩܘܦܐ.
ܦܛܪܝܪܟܐ ..

Pſaltes, ſeù Cantor, & Pſalmiſta, *Lector*, *Hippodiaconus*, *Diaconus*, ſeù Miniſter, *Archidiaconus*, *Presbyter*, *Periodeuta*, hoc eſt Viſitator, ſub quo includitur *Archipresbyter*, & *Corepiſcopus*; immò de his in varijs exemplaribus peculiares extant ordinationes, *Epiſcopus*, & *Patriarcha*, qui etiam *Archiepiſcopum* amplectitur.

4. *In ordinatione Subdiaconi includitur illa Ianitoris, nec non & illa Acolyti.* Tres Ordines minores nempe Ianitoris, Acolyti, & Exorciſtæ, quamuis peculiares non habeant conſecrationes, includuntur tamen nominatim primi duo in ordinatione hippodiaconi, vbi legitur

ܦܣܩ

ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܩܢܕܝܠܐ ܡܢܗܪ ܠܗ ܘܡܕܥܟ
ܠܗ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܘܐܙܠܝܢ ܠܬܪܥܐ ܕܥܕܬܐ
ܘܐܚܕ ܘܦܬܚ ܠܗ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ..

Cum autem peruenit ad lanpadem, ac-cendit illam, & extinguit tribus vicibus, postea vadunt ad Portam Ecclesiæ, eamque claudit, & aperit tribus vicibus, en igitur inclusa Acolyti, & Iani-toris officia.

In Ordinatione Psaltis, seu Cantoris, & Psalmistæ duo videntur contineri, nimirum primam Tonsurem, & Exorcistatum, de prima Tonsura non est dubium, legitur enim ibi post varias Orationes ab Episcopo, & Diacono prolatas 5. *In ordinatione Psaltes includitur prima Tonsura, & Exorcista.*

ܘܗܝܕܝܢ ܩܨܐ ܠܗ ܡܢ ܣܥܪܗ ܘܡܨܠܐ ..

Tunc Pastor scindit è crine eius, & precatur.

De Exorcistatu varijs rationibus deducitur, Psalti namque datur liber Psalmorum gestandus, & cum in Orientali Ecclesia soleat exorcizari recitatione Psalmorum super Energumenos ad imitationem Dauidis, qui psallendo, Saulem à Spirituum vexatione al-

De Ordine, leuiabat Sacro annuente textu Reg. 1. cap. 16. vnde colligitur, quod sicut Incantator circa Demoniaca versatur, sic Cantator pro munere habet illa eijciendi, & conculcandi, vnde in ordinatione Psaltis legitur

ܢܫܬܘܐ ܕܢܕܘܫ ܠܚܘܘܬܐ ܘܥܩܪ̈ܒܐ ܀

Mereatur conculcare Serpentes, & Scorpiones, vbi Serpentium, & Scorpionum nomine Diabolum, & Angelos eius designare, nemo non videt. Quæis congruit hymnus, qui in eadem ordinatione canitur, vbi hæc potestas super Energumenos Ecclesiæ tradita commendatur illis verbis

ܘܡܪܢ ܕܝܢ ܝܗܒ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܢܬܒܪ ܘܢܕܘܫ
ܟܠܗܘܢ ܦܬܟܪ̈ܐ ܕܛܥܝܘܬܐ ܀

Dominus autem noster dedit ei Potestatem omnia Idola erroris conterendi, & conculcandi.

Hæc confirmantur ex fragmento quodam Chaldaico anno Christi 1276. exarato ܡܢ ܒܪ ܡܩܕܡ ܛܘܒܢܐ ܒܒܠܝܐ ܀

hoc est *A filio Felicis Babilonyci*, in quo qua-

quatuor ordinum minorum nomina sic explicantur

ܗܠܝܢ ܐܪܒܥܐ ܕܪ̈ܓܐ ܙܥܘܪ̈ܐ ܗܢܘ ܩܕܡܝܐ
ܐܘܣܛܝܪܝܢ ܗ̄ ܬܪܥܐ ܕ̄ ܠܩܛܘܪܘܣ ܗ̄
ܩܪܘܝܐ. ܓ̄ ܐܦܘܪܩܣܝܣܛܐ ܗ̄ ܡܙܡܪܢܐ.
ܕ̄ ܐܩܘܠܘܬܘܣ ܗ̄ ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ܀

Hi sunt quatuor Ordines minores. Primus Hostiarius, hoc est Ianitor. Secundus Lector, hoc est Qoruyo, quod idem est, ac Lector. *Tertius Exorcista, hoc est Psaltes. Quartus Acolytus, hoc est hippodiaconus:* Includitur ergo Exorcista in ordinatione Psaltes, & Acolytus in ordinatione Hippodiaconi, vt supra dictum est.

Patet igitur ex hac Hyerarchiæ Ecclesiasticæ diuisione, & ordinatione, non omnes Christianos esse *Sacerdotes*, vti vult Lutherus, neque tres tantum extare Ordines, vti contendit Caluinus, ait enim iste lib. 4. Instit. cap. 4. & cap. 19. tres tantum esse veros Ordines, Episcoporum, quos ipse Pastores libētius vocat, Presbyterorum, quos seniores, vel Doctores, vel Ministros Verbi appellat, & Diaconorum; ex cæteris ordinibus

De Ordine. simpliciter auferunt ordinem Exorcistæ, reliquos agnoscunt quidem, sed neq; ordines esse volunt, neq; certo numero contineri, vt notat Bellar. lib. 1. c. 9. de Clericis, quod quam falsum sit euidentissimè colligitur ex ijsdē Chaldæorum Ritualibus nuncupantibus omnes supradictos ordines sub nomine ܕܪܓܐ *Dargo*, quod *gradus* significat, ideoque omnes esse veros Ordines fatentur, neque Exorcistatum excludunt, quem contineri, in ordine Psaltis superius demonstratum est, imò Gregorius Brarebræus cap. 6. dilucidationum Sect. 3. inter Ordines nominat ܡܐܘܡܝܢܐ *Maumiono*, hoc est *Exorcista*.

In Ordinibus, quos Hæretici admittunt, negant vnum esse alteri superiorem, sed habere tantum eas partes, quas habet Consul in Senatu, ideoque nolunt, illos solum vocari Clericos, qui Ordinibus sunt decorati, nàm hoc nomen aiunt deduci à χλίρος, quod sortem, seu hæreditatem significat, ipsi enim asserunt, omnes Christianos esse sortem, vel hæreditatem Dei, non peculiariter Sacerdotes, quia nomen illud indicat

dicat quamdam præeminentiam, quam negant Sacerdotibus super cæteros, sic Barbier. in compend. Belarm. controu. 3. de nom. Ord. Ecclesiasticorum.

Ioannes Darensis lib. 3. de Hyerarchia cap. 1. loquens de Principatu Ecclesiastico, & de Sacerdotibus, probat Ordines, vnum esse alteri superiorem, sic enim habet 6. *In ordinibus Sacris vnus est alteri superior.*

ܐܢܗܘ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܗܝܪܪܟܝܐ ܡܬܥܠܝܐ ܡܢ ܗܝܪܪܟܝܐ
ܘܡܢ ܦܪܨܘܦܐ ܦܪܨܘܦܐ ܡܝܬܪܐ ܓܠܝܐ ܗ̄ܝ
ܐܝܬ ܠܥܠܝ̈ܐ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܬܚܬܝ̈ܐ ܀

Si autem Hyerarchia sublimior est Hierarchia, & persona, persona præstantior, manifestum est, Principatum habere superiores in inferiores.

Idem plane asserit Ioannes Maro in lib. de diuisionibus Sacerdotij cap. 4.

ܗܟܢܐ ܘܒܥܕܬܐ ܦܩܕ ܐܠܗܐ. ܢܗܘܘܢ ܡܢ
ܟ̈ܗܢܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܗܘܘܢ ܕܝܢ ܟܗܢܐ ܕܡܢ
ܟܗܢܘܬܐ ܡܢ ܡܫ̈ܡܫܢܐ ܢܗܘܘܢ ܕܝܢ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܡܢ ܩܠܝܪ̈ܝܩܘ ܀

Ita, & in Ecclesia præcepit Deus, hoc esse

De Ordine. *Pastores, & Episcopos, qui nimirum multis virtute sublimiores sint, illos verò Presbyteros, qui pascunt, & pascuntur.*

7. *Sub nomine Cleri Ordo tantum Ecclesiasticus intelligitur.*

Hunc autem Ordinem Ecclesiasticum tantùm, & non totum Populum sub *Cleri* nomine nuncupari nullus est inter Syros, qui dubitet; legitur enim in Rituali Iacobitarum in Oratione exhortatoria ab Episcopo ordinandis facienda

ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܟܠܟܘܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡܫܢ̈ܐ
ܘܟܠ ܐܢܫ ܕܒܩܠܝܪܘܣ ܗ̄ܘ ܗܫ ܩܕܝܫܘ
ܐܝܬܝܟܘܢ ܐܬܕܟܪܘ ܘܙܕܩ ܠܟܘܢ ܕܐܝܟ
ܬܚܘܡ̈ܐ ܘܩܢܘܢ̈ܐ ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ ܘܕܟܠܗܘܢ
ܚܒܪ̈ܘܗܝ ܬܗܘܘܢ ܒܟܠܙܒܢ ܠܐ ܡܬܪ̈ܫܝܢ ܒܓܡܝܪܘܬ
ܘܐܢܛܪܘܢ ܠܐܪܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܒܬܐܪܬܐ ܕܟܝܬܐ ..

Similiter, & vos omnes Presbyteri, & Diaconi, vosque omnes, qui iam intrà Clerum Sanctum estis, mementote, quod vos decet, iuxtà definitiones, & Canones Apostoli Pauli, omniumque eiusdem sociorum, vt sitis omni tempore penitus irreprehensibiles, fideique Sacramentum conseruetis pura conscientia.

In Officio item simplici Maronita-

nitarum in Completorio Dominicæ, post Proemium

ܟܗ̈ܢܐ ܒܫܡܟ ܢܙܕܗܘܢ܆ ܘܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ܢܬܩܒܠ

ܘܥܕ̈ܬܗܘܢ ܢܬܢܛܪ̈ܢ ܘܟܠܗ ܟܠܝܠܐ ܕܩܠܝܪܘܣ

ܒܛ̈ܒܬܐ ܠܥܠܡ ܢܬܨܒܬ܀

Sacerdotes in nomine tuo splendescant, eorum Sacrificium acceptetur, & ipsorum Ecclesiæ conseruentur, & tota Cleri Corona bonis ornetur.

In libro rursùs Ministri Missæ eorumdem, in Commemoratione Regum Christianorum manifestè Clerus à Populo distinguitur

ܘܥܠ ܩܠܝܪܘܣ ܘܥܡܐ ܡܗܝܡܢܐ

ܕܒܚܝܠܘܬܐ ܢܗܘܘܢ ܠܡܪܢ ܢܬܟܫܦ܀

Et pro Clero, & Populo fideli, vt in virtute existant Dominum deprece mur, liquet itaque ex his Clerum differre à Laicis, & sublimioris esse Ordinis, & excellentioris gradus.

Sacros ordines suscipiunt Orientales per manus impositionem, prout vtebantur Apostoli, & in corum susceptione vsq; ad Presbyteratum inclusiuè non 8. *Suscipiunt Syri Sacros Ordines per manus impositionem, & in corum su-*

sceptione, vsque ad Presbyteratum inclusiuè non requiritur apud eosdem Cælibatus.

requiritur apud eosdem Cælibatus; ordinantur enim in Sacris, dummodò non sint bigami, etiamsi sint Matrimonio coniuncti, quam obseruantiam aiunt, apud illos vigere cæpisse ab ipsismet Ecclesiæ incunabulis, túm testimonio Apostolorum, qui suas Vxores circumducebant, tùm Canone Apostolorum 6. in quo prohibetur, ne Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus Vxorem suam sub obtentu Religionis abijciat, quam Sententiam tuentur etiam nonnulli ex Auctoribus Latinis, quamuis eorum plurimi contrarium afferant, qui ostendere

9.

Duplex sententia apud Latinos de Cælibatu.

Argumenta pro Cælibatu.

enixè conantur, cælibatus obseruantiam in ipso Ecclesiæ exordio cæpisse, & licèt affirment vsum tunc temporis ordinandi etiam coniugatos, aiunt tamen illis post ordinationem non esse licitam, nisi cohabitationem cum coniugibus suis, non autem vsum copulæ, quæ eis nequaquam fuit permissa, nisi in sexta Synodo Canone 13. de anno 692. Pro huius sententiæ corroboratione varia afferunt SS. Patrum, & Conciliorum testimonia, ac præcipuum est illud Canonis 3. Concilij Nicæni, in quo legitur: *In-*

Interdixit per omnia magna Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omninò, qui in Clero est licere subintroductam habere Mulierem, nisi fortè, aut Matrem, aut Sororem, aut Amitam, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt. Ex quo deducunt, tunc Sacros Altaris Ministros Vxores nequaquam habuisse, cum hæ nominatæ non extent in præfato Canone, vel saltem Contubernium Vxorum prorsus exclusisse, cui Sententiæ inter alios Sanctos Patres adhærere videntur S. Epiphanius, & S. Hieronymus; qui aiunt, in Oriente viguisse eorum ætate in Sacris Vxoratis Ministris vel Virginitatem, vel continentiam.

Altera pars Scriptorum Latinorum, interquos Laurentius Brancatus de Laurea, S. R. E. Cardinalis disputation. 9. art. 9. §. 3. de Sacramento Ordinis, ait, ante Concilium Nicænum, imò in primordio Ecclesiæ in Sacris ordinato non fuisse requisitum cælibatum, imò fuisse licitum tàm Græco, quàm Latino vti Vxore, quam habebat ante Ordinem, probatur ex lib. 6. Constit. Apostol. c. 17. 10.

10. Altera Latinorum sententia, quæ conformis est cum illa Syrorum, in Primordio nimirum Ecclesiæ licitum erat Ordinato in Sacris, tam Græco, quam Latino vti uxore.

vbi

De Ordine. vbi sic de omnibus ordinibus Sacris habetur, *Episcopum, & Presbyterum, ac Diaconum ordinari præcipimus, qui sunt Monogami, idest vnius Vxoris viri, siue Vxores superstites sint, siue non, post ordinationẽ tamen præcipimus, vt non liceat amplius ducere, aut si antea duxerant, non alias in Matrimonium accipere, sed potius quod non haberent, & ad ordinationes venerunt contentos esse:* Hic Canon non separat Græcos à Latinis, sed de omnibus loquitur.

II. *Probatur de Iure Canonico, & ex Concilijs.*

Quod patet etiam de Iure Canonico ex dist. 28. cap. *Diacon*, estque Canon ex Concilij Ancyrani, vbi sic. *Diaconi quicumque si in ipsa Ordinatione fuissent protestati, se velle habere Vxores, nec posse continere, si postea ad Nuptias venerint, maneant in Ministerio:* quod Concilium nullum excludit, neque Latinum, neque Græcum, cum dicat *Diaconi quicumque*.

Probatur de Presbyteris ex Concilio Gangrensi cap. 4. & habetur in dist. 28. cap. *Siquis discernit*, vbi contra eos, qui sentientes cum Eustachio Sebastiensi Episcopo hæretico in opprobrium Coniugij, dicebant, non audiendam Missam

Pre-

Presbyteri Coniugati; Concilium sic statuit: *Siquis discernit Presbyterum Coniugatum tamquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione ideò se abstinet, Anathema sit*. Basilius Pontius addit in tract. de Matrim. lib.7. cap. 25. num. 24. Græcis aliquando Subdiaconis, Diaconis, & Presbyteris, non autem Episcopis fuisse permissum contrahere Matrimonium etiam post ordinationem, quod colligit ex præfato Canone Concilij Ancyrani, adiuncto Canone *6*. Trullano, in quo prohibetur Hippodiacono, Diacono, ac Presbytero, ne possint deinceps contrahere Matrimonium post sui ordinationem.

De his, quæ sunt adnotata, non intelligitur de cohabitatione tantum, sed etiam de vsu copulæ, nàm quoad Orientales, probatur ex Concilio Romano habito sub Stephano Papa 3. anno 769. & refertur in cap. *aliter*, quod est vlt. dist. 31. vbi sic dicitur, *aliter se Orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius S. Romanæ Ecclesiæ, nam earum Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi Matrimonio copulantur*; Et ex cap. cum olim de Clericis

Co-

De Ordine. Coniugatis, vbi Innocẽtius III. ita loquitur: *Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesia votum continentiæ non admisit, quoniam Orientales in minoribus Ordinibus contrahunt, & in superioribus vtuntur Matrimonio iam contracto*. Quod in nullo Concilio id Græcis prohibitum fuit, & Ecclesia Catholica cum eorum Ritus reformauerit, vbi mores Græcorum memorat, & corrigit defectus, nullum tamen verbum de vsu Matrimonij apponit, vt videre est ex Innocentio IV. Constit. 14. *Sub Catholicæ*: Item ex Concilio Florentino in decret. Vnionis Græcorum.

12. *Vsus Copulæ in Ordinatis viguit per aliquod tempus in Hispania, Gallia, ac Germania.*

Quem vsum etiam apud Latinos per aliquod tempus viguisse probatur ex Cõcilio Eleberitano Can. 33. quod ex Latinis est, in Hispania nimirum celebratum per Episcopos 19. anno 305. sic autem habet. *Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, & Subdiaconis positis in Ministerio abstinere se à Coniugibus suis, & non generare filios, quod quicumque fecerit ab honore Clericatus exterminetur*. Ergò signum est ante hanc

le-

legem, aliquam in hoc fuiſſe tollerantiam, ſaltem in Hiſpania, imò etiam & in Gallia, prout colligitur ex Innocentio I. Epiſt. 3. cap. 1. qui Dei Eccleſiam regebat anno 402. interrogatus ſummus hic Pontifex à Toloſano Epiſcopo, quid agendum circa Diaconos, & Presbyteros incontinentes, reſpondet, non poſſe cum Vxoribus ſe commiſcere; nec non & in Germania vſum Copulæ fuiſſe licitum, extat veſtigium non obſcurum, apud Petrum Damianum in Epiſtolà ad Humbertum Epiſcopum Taurinenſem, vbi refert in Concilio Triburienſi propè Moguntiam, quod celebratum fuit anno 895. Statutum fuiſſe licita eſſe Sacris Miniſtris Coniugia poſt Sacram ordinationem, & Æneas Syluius cap. 35. Scribit Friſios, non facilè admittere Sacerdotes ſine Coniuge, ne aliena Cubilia polluant.

Ante igtur ſextam Generalem Synodum non requirebatur, ſaltem apud Orientales in Sacris Ordinibus neq; Cælibatus, neque continentia Copulæ. quod deducitur ex Canone 13. eiuſdemmet Sextæ Synodi, vbi ſic: *Nos antiquum*

Ca-

De Ordine. *Canonem Apostolicæ perfectionis, ordinisque seruantes, hominum, qui sunt in Sacris, Coniugia deinceps ex hoc temporis momento firma, & stabilia esse volumus, nequaquam cum Vxoribus coniunctionem dissoluentes, vel eos mutua tempore conuenienti consuetudine priuantes,* Et paulò inferius: *Siquis ergo præter Apostolicos Canones incitatus sit aliquẽ eorum, qui sunt in Sacris Presbyterorum inquimus, vel Diaconorum, vel Hippodiaconorum coniunctione cum legittima Vxore, & consuetudine priuare, deponatur:* vbi notandum est, hoc Sanciuisse, vt seruentur Canones Apostolicæ perfectionis, ab ipsomet Ecclesiæ exordio emanati.

Neque obstat, quod hic Canon non sit veri Concilij Generalis, licet dicatur sextæ Synodi, cũ factum sit à Patribus propria authoritate cõgregatis Constantinopoli in Palatio *Trullo* dicto, hoc autem accidit anno *692.* post quintũ Generale Concilium, in quo actum est contra Fullonẽ, & alios: & post sextum contrà Monothelitas, & quia in illis Concilijs Canones non ediderant, confecerunt Canones 102. qui sextæ Synodo adscribun-

buntur; Imò talis Patrum Conuentus dici solet Concilium *Quinisextum*, idest participans de quinto, & sexto, seù complens vtrumque; Nam licèt ita sit, nihilominus Canones isti tacitè approbati fuerunt, cum non fuerint reprobati, imò, & eorum meminit Nicolaus I. Episcopus ad Michaelem Imperatorem, & Anasthasius Bibliothecarius in præfat. 8. Synodi, & Patres Concilij Florentini eos citant in Sess. 5. licèt Baronius ann. 705. dicat, quod duo Pontifices Romani, esto Græci quorum primus Ioannes VII. reprobauit, & alter Canstantinus Syrus noluit, illos confirmare.

Ex adductis facilè diluitur argumentum ex tertio Canone Concilij Nicæni allatum, in quo statuitur non licere Episcopo, Presbytero, & Diacono subintroductam habere Mulierem, nisi fortè, aut Matrem, aut Sororem, aut Amitam, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt, ex quo desumi videtur, tunc in Sacris constitutos, vel non habuisse Vxores, vel cum eisdem cohabitationem exclussisse. Pro solutione huius Argumenti asserendum videtur 13. *Soluuntur argumenta addnta pro prima sententia.*

Sa-

De Ordine. Sacri Altaris Ministrorum Vxores, vel includi inter Mulieres non suspectas, cum quibus cohabitare posse concedit Concilium, vel quod Patres ibidem congregati non intellixerint, nisi de Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, vel Viduis, vel de illis, qui erant Cælibes.

Prima pars probatur ex Concilio Ancyrano paulò antè Nicænum celebrato sub *Syluestro*, in quo datur Diaconis optio ducendi Vxores, si in ipsa ordinatione protestati fuerint, se non posse continere, & tunc maneant in ministerio, si ad nuptias peruenerint; secùs autem si protestati fuerint continentiam, quód confirmatur ex Concilio Gangrensi paulò post idem Nicænum sub eodem *Syluestro*, vbi damnantur, qui se abstinēt ab oblatione Presbyteri Coniugati, asserentes, tamquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, signum ergo euidens est in Celebratione Concilij Nicæni inter Sacri Altaris Ministros fuisse etiam coniugatos, quibus Concilium non prohibuit cohabitationem cum Vxoribus suis, cum id vetitum sit ex Can. 3. Apostolorum, in quo expres-

presſè legitur, ne Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus Vxorem ſuam ſub obtentu Religionis abijciat.

Hæc omnia corroborantur ex actibus eiuſdem Concilij Nicæni, cum enim hæc Synodus de corrigendis Eccleſiaſticorum moribus laboraret, inter conſultandum ea de re, quidam introducere videbantur legem, qua Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Hippodiaconi vnà cum Vxoribus, quas in ſuas ante conſecrationem duxiſſent, de cætero non dormirent, quibus contradixit Paphnutius Confeſſor, licèt nuptiarum eſſet inexpertus, ſuaſitque Concilio, ne talem poneret legem, grauem eſſe aſſerens cauſam, quæ aut ipſis, aut eorum Coniugibus occaſio fornicationis exiſteret, Synoduſque laudauit ſententiam eius, & nihil ex hac parte ſanciuit; ſed in vniuſcuiuſque voluntate, non neceſſitate permiſit, & quamuis Baronius, Bellarminus, & Turrianus hæſitent de veritate huius hiſtoriæ, inuenitur tamen inter acta Concilij Nicæni, quæ ex Græco codice nondum edito teſtatur ſe legiſſe Couaruuias *de Matrim. part.* 2. *§*.3. *n*.1.

De Ordine, & idem refert, se legisse in codice Græco nondum excuso Claudius Espancæus *lib.7.de Continentia cap.4.* eamdemquæ historiam transtulit ex Græco codice Vaticano Alfonsus Pisanus, quam etiam referunt Sozomenus, & Socrates, & licet de horum fide dubitetur, hæc etiam refertur à Cassiodoro *in Histor. tripartita lib. 2. cap. 14.* & à Nicephoro *lib. 8. cap. 19.* qui non ex odio in Romanam Ecclesiam ad hæc asserenda moueri poterant, cum isti viri fuerint Catholici, & sanæ doctrinæ ab omnibus recepti, eoque magis cum hæc historia nihil contineat, quod in alijs Conciliorum decretis superius adductis non legatur,

Neque obstat, vt ait Pontius *lib. 7. de Matrim. cap. 25. n. 19.* quod Eusebius, Rufinus, & Theodoretus, qui Eusebium sæpe sequuntur de ea historia siluerint, nam Eusebius, vel ætate, vel alijs negotijs impeditus, dum eius fides cum Nicæna non conueniret, quia Arrianus historiam Nicæni Concilij penitus omisit, sæpe autem cõtigit, quæ ab vno historico ommittitur, ab alijs referri, vt ipsis

etiam

etiam Sacri Euangelij Scriptoribus accidisse conspicimus.

Ex deductis itaque colligitur, Concilium Nicænum nequaquam Sacris Ministris cohabitationem cum Vxoribus prohibuisse, sed illas inclusisse, vel inter fœminas non suspectas, vel tantum intellexisse de ijs, qui erant vidui, vel cælibes; secunda hæc pars probatur ex eiusdem Cōcilij Nicæni Canonibus Arabicis in latinum translatis à Turriano, & Abrahamo Ecchellensi, prima Interpretatio Turriani est huiusmodi.

14. *Explicatur Canon 3. Concilij Nicæni ex Codice Arabico.*

Decernimus, vt Episcopi non habitent cum Mulieribus, neque Præsbyter, qui Viduus est, nec illas comitentur, neque familiarem consuetudinem cum eis habeant, nec in eas studiosè aspiciant. Idem decernitur de omni Sacerdote cælibe, idemque de Diaconis qui sine Vxore sunt. Hoc autem intelligendum est, siue Mulier pulchra sit, siue deformis, siue Puella virgo, siue Ancilla adolescens, aut natu grandis, siue Puella Orphana prætextu educandi eam propter charitatem.

Altera Abrahami Ecchellensis, quæ legitur in primo tom. Conciliorum Parisijs

De Ordine. risijs impræssorum est huiusmodi; *Ne habitent Episcopi cum Mulieribus, neque conuersentur cum eis, vel frequentent, aut illarum vtantur familiaritate, neque obsequantur, neque studiosè aspiciant, pariter, & Præsbyteri Cælibes, atque Diaconi non habentes Vxores.*

Quod confirmatur ex Paraphrasi Ioannis Ægyptij allata á Guillielmo Beueregio in Pandectis Conciliorum tom. 1. vbi sic in Canone 3. Concilij Nicæni, *Atque etiam, vt nec Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec Monachus, nec qui Cælibatum professus est, hæc faciat.*

15. *Explicantur Textus adducti SS. Hieronymi, & Epiphanij.*

Neque obstant Testimonia S. Hieronymi, & Epiphanij, cum enim scriberet Hieronymus aduersus Vigilantium, qui Cleri improbabat Cælibatum, & non nisi Vxoratos, & non Virgines promouendos esse asserebat, vt eum de hac falsitate argueret, eumdem inculcat dicens, *Quid facient Orientis Ecclesiæ, quid Ægypti, & Sedis Apostolicæ, quæ aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si Vxores habuerint, Mariti esse dissistunt:* cum eorum quamplurimi, vel Cælibes, vel continentes ad Sacros Ordines pro-

mo-

mouerentur; Sic etiam D. Epiphanius, qui eodem vigebat tempore ait ad Calcem lib. 3. contra hæreses tom. 2. *Sacerdotium ex Virginibus quidem, vt plurimum procedens, si verò non ex Virginibus, at ex solitariam vitam degentibus, si verò non sufficerint ad Ministerium ad solitariam vitam degentibus, de his, qui continent à proprijs Vxoribus, aut ab vnis Nuptijs viduitatem seruantibus*. Hoc igitur asserentes intelligunt Sacri Altaris Ministros, vt plurimum tunc fuisse aut Virgines, aut continentes, & in hac assertione omnes non includebant, quod constat ex eodem Epiphanio hæresi 59. contra Catharos lib. 2. tom. 1. *At dices mihi*, inquit, *omninò in quibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros, & Diaconos, & Hippodiaconos; at hoc non est iuxta Canonem, sed iuxta hominum mentes, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem, cum non inueniretur Ministerium*: quod innuere videtur idem Hieronymus scribens aduersus Iouinianum: *Et quomodo inquies frequenter in Ordinatione Sacerdotali, Virgo negligitur, & Maritus assumitur?* Cui obiectioni paulò inferius, nulla facta mentione de

De Ordine. continentia respondet: *Interdum hoc & Pontificum vitio accidit, qui non meliores, sed argutiores in Clerum allegunt, & simpliciores, atque innocentes inhabiles putant.*

Et quamuis concedatur illorum tempore in omnibus Sacris Ministris viguisse Cælibatum in aliquibus Prouincijs, non infertur, semper viguisse pro omni tempore, aut in omni Orientali Ecclesia; Cum enim lex Cælibatus sit Ecclesiastica, potuit in vna Prouincia vigere, in altera minimè obseruari, neque ex vna Ecclesia ad alias, aut ab aliquo certo tempore ad omnia antiquiora tempora efficax sumi potest Argumentum.

Ex quibus Testibus desumitur Clericis in hoc Canone nequaquã prohibitas fuisse Vxores, sed Concilium vetuit retinere Virgines, Viduas, vel innuptas, quas, nõnulli Clerici domi soliti erant habere, nõ sobolis procreãdi gratía, nec libidinis causa, sed Ministerij domestici, vel Pietatis prætextu; quatenus ob quotidianum cum huiusmodi mulieribus commerciũ, nec

nec Episcopus, nec Præsbyter, neque Clericus, à suspicione immunes essent; Cui Constitutioni materiam præbuisse videtur Leontius quidam Presbyter Antiochenus, qui Concilij Nicæni diebus cum Eustolio quadam adolescentula cohabitabat, quam etiam Virginem esse prædicabat, de quo differit D. Athanasius in *Apologia suæ fugæ*, *ad solitariam vitam agentes*.

Hunc fuisse sensum præfati Canonis colligitur ex varia eius lectione, aliqui enim vertunt ly *Mulierem subintroductam*, Mulierem *commanentem*, sic enim vertit vetustissimus Canonum Interpres in prisca illa latina editione in Iustelli Bibliotheca edita, inscribit enim Canonem *de Commanentibus*, & sic interpretatur: *De Mulieribus, quæ cum Episcopis, vel Presbyteris, vel Diaconis commorantur, siuè Viduæ, siuè Virgines, interdixit omnimodè Sanctum, & magnum Concilium, neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ex his, qui in Clero sunt, licere secum commanere præter fortè Sororem, aut Tiam, aut solàs personàs, quæ refugiunt omnem suspicionem.* 16. *Quid intelligatur per mulierem subintroductam.*

De Ordine. Henricus Valesius in adnotationibus ad Euseb. Hist. Ecclesiast. lib. 7. cap. 30. scribit, præsentem Canonem Concilij Nicæni in vetustissimo Codice Corbeiensi hanc habere inscriptionem, *De subintroductis*, idest, *adoptiuis Sororibus*, quas Domi retinere Concilium prohibuit Clericis.

Alij vertunt Mulierem *Peregrinam*, siue *Extraneam*, sic Isidorus Mercator, & Ioseph Ægyptius, cui versioni adherere videtur Concilium Turonense secundum Can. 2. vbi hunc Canonem renouans sic habet, *Nullus ergò Clericorum, non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, non Subdiaconus, quasi Sanctimonialem, aut Viduam, vel Ancillam propriam pro confirmatione rerum, in Domo sua stabilire præsumat, quæ, & ipsa extranea est, dum non est Mater, aut Soror, aut Filia.*

Concilium Toletanum, quartum Canon. 42. idem asserit, *Cum Clericis extraneæ fœminæ nullatenus habitent, id enim, & Constitutio antiquorum Patrum decreuit.*

Sacris ergò Ministris etsi olim Nuptiæ permissæ fuerint, & modo moris huius

huius vigeat in Oriente traditio, has tamen decreta Patrum cum Virgine contractas ante Sacrarum Ordinum susceptionem, semper supponunt, prætèrquam in vnico casu, quo edixerit ordinandus, se seruare non posse Cælibatum, in quo casu poterat contrahere Matrimonium, qua de re extat expræssus Canon 10 supra citatus Concilij Ancyrani. Ad secundas autem Nuptias Vxore defuncta transire Clericum in Sacris constitutum toti antiquitati crimen intollerandum visum fuit, cum illas in ipsis etiã Laicis non admodum probauerit; Permisso tamen Vxorum vsu Patres Orientales continẽtiam Sacris Ministris commendant imminente destinata Sacris faciendis die, in cuius peruigilio Matrimonio vti, imò, & cum Vxoribus cohabitare districtè vetarunt, Sacerdotes per vices suas in Ecclesiæ ædibus commorari iubentes, veteris Testamenti Canones secuti in hoc, vt in alijs quam plurimis, cum scripserit Lucas expletis diebus ministerij sui Zachariam, qui erat de vice Abiæ ad suam redijsse Domum, sicut & Apostolus Corinthios edocet vt ab vsu

17. *Vxorati admittuntur ad Sacros Ordines, quibus nõ nulla circa vsum Matrimonij etiam præsibuntur.*

De Ordine. vſu Matrimonij ſe abſtineãt propter Orationem, quapropter Coniugatis Presbyteris in fine ſuæ ordinationis edicitur, vt per ſeptem dies à Cubili ſuo abſtineant ijs enim diebus iuge Sacrificium offerre iubentur

ܘܢܙܗܪܝܘܗܝ ܠܗ ܥܠ ܕܪܓܗ ܘܥܠ ܬܫܡܫܬܗ
ܘܠܐ ܢܫܬܘܬܦ ܥܡ ܐܢܬܬܗ ܠܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ.
ܘܒܗܠܝܢ ܬܫܡܫܬܐ ܟܗܢܝܬܐ ܢܗܘܐ ܡܫܡܫ ܟܠܝܘܡ ..

Et admoneat eum de gradu illius, & Miniſterio, neque communicet Vxori ſuæ ad ſeptẽ dies, & in his diebus quotidie Sacerdotali officio fungetur. Hæc omnibus Sacris Miniſtris præſcribit Rituale Syrorum; Subdiacono excepto, quem Clericis inferioribus ille Ritus adſcripſit, antiquis, & receptis olim etiam in Occidente Canonibus inhærens, cum in reliquis anni temporibus Coniugatis Presbyteris Dominica tantùm die, feria quarta, & ſexta Sacris operari conſuetudo præſcripſit, Quam Epiphanius Orientalibus communem ſuo æuo confirmauit opere *de comp. doctr.*

Ma-

CAP. VIII. De Matrimonio.

Matrimonium quamuis à nostri temporis hæreticis concedatur esse licitum, & à Deo institutum, & fateantur aliquo modo Sacramentum esse, negant tamen dici posse Sacramentum, eo modo, quo Baptismus, & Eucharistia Sacramenta dicuntur, sic Kemnitius in 2. part. exam. Trid. Concil. à pag. 1204. vsque ad finem, & Philippus in locis tit. de Coniugio.

Matrimonium est Sacramentum eo modo quo sũt alia Sacramenta.

Lutherus tamen, & Caluinus aliter sentiunt, contendit primus in lib. de *captiuit. Babylon.* cap. de Matrimonio, in Matrimonio neque signum à Deo institutum, neque gratiæ promissionem esse, & Caluinus lib. 4. Ins. tit. cap. 19. §. 34. non magis Sacramenti rationem Matrimonio conuenire affirmat, qnam Agricolturæ, aut texstrinæ, aut Sutoriæ Arti: Aduersùs horum sententias Auctores Syri aiunt, Matrimonium esse verum Sacramentum, sicut, & cætera alia, dum ab eis, nulla absque reseruatione, numeratur inter septem Ecclesiæ Sacramenta, vti supra innuimus, loquendo de Sacramentorum numero.

Con-

De Matrimonio.

1\. *Contrahitur Matrimoniũ per verba Parentum Sponsi, & Sponsæ.*

Contrahitur apud Syros Matrimonium per verba Parentum Sponsi, & Sponsæ, & admittunt Sponsalia. Conceditur apud Iacobitas repudium (causa adulterij, vel Magiæ, vel abnegationis fidei, vel seruitutis, & Captiuitatis, vel morbi impedientis copulam, testatur *Daniel* Author Iacobita in Epitome c. 7. sect. 2.

3\. *Iacobitæ quãuis admittant Repudium, non transeunt ad secundas nuptias Coniuge superstite.*

Hoc tamen repudio, Matrimonij indissolubile vinculum dissolui, negauit expresse *Timotheus* Præsul Alexandrinus in responsione ad Quæst. 14. hisce verbis

ܡܢ ܒܬܪ ܕܗܘܐ ܐܣܘܪܐ ܒܙܘܘܓܐ ܠܝܬ ܫܠܝܛܐ
ܠܓܒܪܐ ܠܡܫܪܐ ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܬܬܐ ܘܡܢܗܘܢ ܟܠ
ܓܒܪ ܕܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܫܒܝܩܬܐ ܡܢ ܒܥܠܗ ܕܐܢܫ
ܓܐܪ. ܒܪܡ ܒܥܠܬܐ ܗܟܝܠ ܐܢܬܬܐ ܐܘ ܠܡܣܒܪ
ܒܥܠܗ ܫܒܝܩ ܡܢ ܐܝܕܝ ܙܢܝܘ. ܘܠܐ ܠܓܒܪܐ
ܘܠܐ ܠܐܢܬܬܐ ܕܢܫܒܘܩ ܚܕܕܐ ܒܥܠܬܐ ܘܠܐ
ܒܥܠܬܐ ܕܐܢܬܐ ܘܡܪܥܝܬܐ ܡܫܟܚ ܕܢܗܘܐ
ܒܗܘܢ ܗܘܐ ܠܦܪܫܐ ܐܠܐ ܐܢ ܡܢ ܡܛܠ ܥܠܬ
ܙܢܝܘܬܐ..

Postquam per Matrimonium vinculum fit,

non

non eſt cauſa omninò ſolutionis præter fornicationem, & magiam; Quicumque enim dimittet Vxorem præter cauſam fornicationis mæcatur; Et ſimiliter quæcumque Mulier dimiſerit Virum ſuum extrà fornicationem mæcatur; Neque Viro, neque Mulieri relinquentibus ſe mutuo ob cauſam, aut ſine cauſa fornicationis, & magiæ permiſſum eſt Matrimonium ſecundum, niſi eorum aliquis moriatur. Perpende hinc Diuortium tantummodo, quoad Torum permitti, non verò, quoad nexum Matrimonij, qui indiſſolubilis ſemper aſſeritur; eadem repetit in reſponſ. ad Quæſt. 18. Nec ab aſſertis diſſentit Cophtici Iuris Commentator *Ben Haſſalius* cap. 10. vbi religioſam Profeſſionem Matrimonio comparans, nexum vtriuſque indiſſolubilem eſſe pronunciat; ſic inquit

لا يمكن انفصال اتصال الاعظا الطبيعيه والجيـــزه
الجسدانيه الا بالمـــــــــــــــــــــوت ۞

Quemadmodum non eſt poſſibilis diuiſio Coniunctionis partium compoſiti naturalis, neque corporalium Nuptiarum, niſi per mortem.

No-

De Matrimonio.

Notatam autem Appendicem à *Timotheo*, vetantem repudiantibus Coniuge Viuente Matrimonium non reticuit liber Conſtitutionum Maronitarum cap. 7. ſect. 2. vbi ſic

الطلاق محرّم عندنا لقول الله تعالى فى الانجيل لوقا كل
من يطلق مراته ويتزوج اخرى فهـــــو زاني ۞

Repudium apud nos illicitum eſt ob dictum Dei Altiſſimi in Euangelio Lucæ, quicumque dimiſerit Vxorem ſuam, & alteram duxerit, mæcatus eſt; Sic enim ſubintelligenda ſunt, quæ extant apud egregium Sacrorum Euangeliorum Paraphraſtem, *Theodolum Benalttib*, alioſque Syros Scriptores, qui licèt diuortium permittant, nuptias tamen Coniuge ſuperſtite prohibuerunt, quam legem vigere adhuc longus cum ijſdem Syris mihi probauit vſus, etſi Melchitæ, & Cophti recentiores Græcorum Ritus, erroreſque ſecuti facile has permittant Nuptias, qua de re repræhenſos legimus in Concilio Florentino.

Hæc de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis dicta ſint ſatis ad ea refellenda,

da, quæ de hac preclarissima doctrinæ apostolicæ parte Nouatores per totum iam penè Occidentem vulgauere, iactantes nobile hoc Catholicæ Ecclesiæ Patrimonium à Romanis Pontificicibus fuisse nouis commentis imminutum, atque omninò dilapidatum. Inimicos iudices accipite, Iacobitas, Nestorianos, & Socios ab Ecclesia olim damnatos, & proscriptos, cum quibus nec ædem, neque mensam communem suis habere permisit: sanè si hæc, quæ vos carpitis Sacramenta, essent noua Romanæ Vrbis additamenta, & recentia Præsulum eius commenta, edicite, quis hæc ipsa in Orientem inuexit antiquum Primæ Cathedræ æmulum, quisuè indomitam adhuc post tot sæculorum decursum dictarum nationum ceruicem grauissimo huic iugo inuiolabili religione supposuit? Nisi veritas ipsa quæ omnia vicit, ipse Christus qui exaltatus, omnes ad se nationes per Apostolos suos protraxit, & septem vinculis charitatis cruci suæ deuinxit. Quoties igitur has omnes Nationes vno ore in his conuenire vide-

De Ordine. demus, non humanum illud inuentum, ſed diuinitus mortalium illapſum animis, & cogente cœlitus veritate prolatum, arbitremur.

✠

EVO-

EVOPLIA

FIDEI CATHOLICAE ROMANAE.

HISTORICO-DOGMATICA

PARS TERTIA.

De præcipuis alijs Catholicæ Fidei dogmatibus.

IAM verò cum ſeptem Sacramenta à Chriſto inſtituta, ab Apoſtolis Orientales Syri recepiſſe probatum ſit, conſentaneum eſſe videtur, vt breuiter aliquid de alijs fidei dogmatibus, & primò de Eccleſia delibemus, de illa, nempè, diuini Sponſi Columba, quam Sanguine ſuo redemptam, ampliſſimi huius Patrimonij hæredem conſcripſit; Qua in re Lutherus

CAP. I. De Eccleſia.

R ait

De Ecclesia. ait lib. de Concilijs, & Ecclesia par. 3. solos Iustos esse partes veræ Ecclesiæ, alij verò asserunt, duas esse Ecclesias, inuisibilem vnam, visibilemque aliam, docent enim, primam constare ex solis Iustis, & Prædestinatis, qui verè credunt, & obediunt Deo, & hanc non esse visibilem, nisi oculis fidei, secundam externam, quæ nomine tantum est Ecclesia, & in hac bonos, & malos inueniri, quamuis malos nunquam velint esse partes veræ Ecclesiæ, sed tantum admisceri Ecclesiæ, & esse aliquo modo in Ecclesia, sed non de Ecclesia, ita Melancton, & Brentius, quibus etiam adhærere videtur Caluinus, vt notat Bellarminus lib. 4. de Eccl. cap. 2.

1. *Ecclesia est vna Visibilis composita ex Iustis, & peccatoribus.*

Hanc sententiam refellunt Chaldæi, tamquam falsam, dicunt enim, Ecclesiã esse vnam tantum, & hanc esse visibilem, & compositam ex Iustis, & Peccatoribus, vt videre est in Breuiario Maronitarum in Officio Dedicationis Ecclesiæ in nocturno, vbi sic habetur

ܛܘܒܝ ܠܟܝ ܥܕܬܐ ܐܝܟ ܛܘܒܝ ܕܙܕܝܩܐ ܘܚܛܝܐ
ܘܕܠܟܝ ܒܫܘܠܛܢܐ. ܣܓܕܝܢ ܠܐܠܗܐ. ܡܫܒܚܝܢ
ܒܟܠܗ

ܕܒ̈ܢܬܗ ܘ ܡܫ̈ܒܚܢܘܗ ܥܠܝ̈ܡܬܐ ..

Duo Vbera tua, sicut duo hinnuli Ceruorum, qui pascunt in Campis, & paulò inferius, *Vnica est Matri suæ, viderunt eam filiæ, & laudauerunt eam adolescentulæ;* Vnico hoc textu, hæc tria probantur, vnitas nimirum Ecclesiæ, per ly *Vnica est Matri suæ*, eiusdem Visibilitas, *Viderunt eam filiæ*, & illius compositio ex Iustis, & Peccatoribus, dum dicit, *duo vbera tua*, quod autem Ecclesia Peccatores etiam comprehendat confirmatur ex eodem Officio Dedicationis Ecclesiæ, vbi in Proemio Completorij legitur

ܟܢܫ ܠܡܒܕܪ̈ܘܗܝ ܚܝܠ ܠܟܪ̈ܝܗܘܗܝ ܣܥܘܪ
ܠܡܚܝ̈ܠܘܗܝ ܒܝܕ ܣܡ̈ܡܢܐ ܕܚܢܢܟ ..

Congrega illius dissipatos, consolida illius infirmos, visita eius imbecilles, mediantibus medicaminibus tuæ miserationis.

Rursus in Rituali Iacobitarum in Ritu Dedicationis Ecclesiæ

ܘܒܥܝܢ ܡܢ ܡܪܚܡܢܘܬܟ ܕܬܚܕܐ ܠܒ̈ܢܝܗ .
ܒܦܘܪܩܢܐ ܘܬܦܨܚ ܠܟ̈ܢܫܘܗ ܒܡܘܗܒܬܐ ::

Et petimus à misericordia tua, vt lætifices

R 2 *filios*

De Ecclesia. *filios eius in salutari tuo, & eius Peccatores in condonatione :* quid hoc clarius quæritamus?

Io: Maro affirmat, Ecclesiam esse Visibilem cap. 14. Commentarij, Liturgiæ D. Iacobi Apostoli, in quo sic asserit

ܥܕܬܐ ܗܕܐ ܕܝܠܢ ܡܬܚܙܝܢܝܬܐ ܘܐܪܥܢܝܬܐ
ܪܫܡܐ ܠܥܕܬܐ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܝܬܐ ܕܒܫܡܝܐ ..

Ecclesia hæc nostra visibilis, atque terrestris repræsentat Ecclesiam inuisibilem, quæ est in Cælo, in eodem item Tract. dicit Ecclesiam esse vnam in Expositione illorū verborum Symboli, *& in vnam Ecclesiam* sic

ܥܕܬܐ ܓܝܪ ܕܗܘܝܘ ܟܢܘܫܝܐ ܕܡܗ̈ܝܡܢܐ ܚܕܐ ܡܬܐܡܪܐ
ܡܛܠ ܕܚܕܐ ܗܝ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܗܝ ܡܘܕܝܐ ܒܗ :

Ecclesia enim, hoc est Congregatio fidelium vna dicitur, quia vna est fides quam illa profitetur.

Sed quid opus est multis in re clara argumentis: Nulla fuit vnquam tàm fœda, tàm absurda, tàm præpostera, tàm impia hæresis, quæ sibi nomen Ecclesiæ, & cælestis agni sponsæ prærogatiuas superbè non arrogaret: quapropter sapientissi-

tiſſimus ille diuinæ huius Ciuitatis Architectus talibus eam notauit inſignibus, talibus deſcripſit notis, & in tàm excelſo loco conſtituit, vt in monte poſita quærentibus eam abſcondi non poſſet: Sanè ſi veteris Teſtamenti libros, & arcana Prophetarum oracula reuoluamus, ſi Apoſtolicæ doctrinæ perſpicuos fontes adeamus; ſi denique Sanctorum Patrum conſulamus authoritatem, longè plures illi ſanctæ huius Vrbis Imagines, colores, ornamenta, ex quibus cognoſci, ac dijudicari poſſit adumbrarunt, quàm ipſius ciuitatis Principis; quem in ipſa Vrbe facilè reperiri poſſe iudicarunt. Non enim eos fugerat hanc eſſe Cinoſuram Naufragantibus, portum demonſtrantem, quá duce nemo aberrat, hoc eſſe illud ouile, quod nullus lupus ſuperare, nulla fera peſſima expugnare queat; hanc eſſe lucernam ardentem, quæ poſita ſuper candelabrũ huius ſæculi, tenebras illuminat, in cuius lumine gentes omnes, & Reges iuxta vaticinium Iſaiæ eſſent ambulaturi: quapropter humani generis ſaluti conſulturi ad illam velut ad inexpugnabilem, & omni-

bus erroribus imperuiam Veritatis domum, mortales omnes perducere studuerunt, eamque adeo notam, adeo visibilem, & conspicuam reddiderunt, vt ab ipsa, nec ipsi cæci iuxtà Prophetæ dictũ aberrare possent, nisi volentes : sed quia hæc in Monte posita, licet omnibus conspicua sit, arduum tamen, & difficilem habet ascensum, nec hominibus istis quorum venter Deus est, facile peruium, eius enim disciplinam suis desiderijs, & moribus cõtrariam oderunt, ideò conspicuum omnibus eius splendórem, cęlestem potestaté, & alias prærogatiuas (quemadmodum & Æsopica Vulpes, in maturis vuæ racemis dulcedinem) negarunt.

CAP. III. De Romano Pontifice.

Postquam locuti sumus de Ecclesia, illud nobis in præsentiarum onus incumbit, vt de eius Capite visibili, hoc est de Summo Romano Pontifice disseramus, cuius Authoritatem labefactare vnanimiter contendunt Protestantium

1. *Lutherani discrepant inter se in fideidogmatibus, sicut etiam Caluinistæ.*

Coriphæi, qui in alijs Quæstionibus (ex his, quæ prænotat Abraham Ecchellensis in Præfatione *de Origine nominis Papæ*, ex ipsomet Protestantium ore) Lutheri, ac Caluini Sectatores inter se singuli

guli ità diſſident, vt Lutherus à Luthero, Caluinus à Caluino, Zuinglius à Zuinglio diſcrepent in horas, & momenta, itaut eorum quiſq; neſciat, quid velit, aut quorſum teſte Theodoro Beza Caluini ſectatore, qui in Epiſt. Theologicis Epiſt. 1. ad Andræam Buditum hæc ſcribit: *Exercuerunt me diu, & multum illæ ipſæ, quas deſcribis cogitationes, ſcilicèt noſtros Palantes, omni doctrinæ vento, & in altum ſublatos modò ad hanc, modò illam partem deferri, Horum, quæ ſit hodiè de Religione Sententia ſcire fortaſſe poſſis, ſed quæ cras de eadem futura ſit opinio, neque tu certò affirmare queas*: idem propemodum affirmat Succleſſius eiuſdem Farinæ Author in reſponſione *ad calum.*

Tot inter diſſertationes, ac diſcordias noſtri temporis Nouatores, ac Sectarij in hoc vno tantummodò; quod mirum ſanè videtur, conueniunt, ſuntque omnes vnanimes, atque concordes, ſcilicet in Romani Pontificis Sacerdotio, & Primatu impugnando, ac labefactando, in quem, rabiem conuerterunt omnem, ſummaque contentione perficere conati ſunt, vt plurimorum ab 2. *Sunt Vnanimes, & concordes contrà Romanum Pontificem.*

De Romano Pontifice. eo voluntates alienarent, & eum in ordinem redigerent; quò sic Gubernatore sublato, vt ait Cyprianus lib. 7. Epist. 3. atrocius, atque violentius circa Ecclesiæ naufragia sibi grassari liceret.

3. *Controuertũt Sectarij Diuo Petro primatum in Apostolos.* Ad destruendum igitur Summi Romani Pontificis in Ecclesia Primatum, non verentur sectarij prima, ac firma eiusdem Ecclesiæ contundere fundamẽta, controuertentes hunc Primatum ipsimet Petro in Apostolos, Lutherus enim lib. 1. de Potest. Papæ, nec non Caluinus lib. 4. Instit. cap. 6. §. 4. alijque, vt tollant Petro Primatum, & per consequens Summo Romano Pontifici, aiunt per ly *Tibi dabo Claues*, nihil peculiare Petro promissum esse, sed quidquid hîc dicitur ad totam Ecclesiam pertinere, cui Petrus eo tempore præsidebat, ex quo contendunt, Claues datas esse Primò ipsi Ecclesiæ, & per Ecclesiam Pastoribus communicari, vndè inferunt, Petrum, seu Romanum, Pontificem, Primum esse inter Pares.

4. *Potestas Petri super omnes Apostolos.* Quod autem Petrus creatus fuerit Pastor Ouium Christi absolutè, & vniuer-

uersaliter probatur ex verbis ipsiusmet Christi Domini, qui soli Petro dixit, *Pasce Oues meas* Ioannis 21. & quod habuerit Primatum super omnes Apostostolos deducitur ex Lucæ cap. 22. & 32. quando Seruator noster dixit eidem Petro: *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*. Ideòque Eusebius in Cronico Anni XLIV. à Christo nato ait: *Petrus Apostolus natione Galilæus, & Christianorum Pontifex Primus*, vbi est obseruandum discrimen, quod Eusebius ponit inter Petrum, & aliarum Ciuitatum Episcopos, nam de Petro non dicit, Romanorum Episcopus Primus, sicut ibidem dicit de Iacobo *Ecclesiæ Hierosolymorum Primus Episcopus ab Apostolis ordinatur Iacobus frater Domini*, & de Euodio *Primus Antiochiæ Episcopus ordinatur Euodius*, non ità de Petro loquitur, sed *Christianorum Pontifex Primus*, nimirum vt intelligeremus, Iacobum huius Ciuitatis, Petrum totius Orbis Christiani Põtificem fuisse, quia illi soli traditæ fuerunt à Christo Domino Claues, cùm in Regione *Cesareæ Philippi*, vt notat Hebediesu in lib. Margaritarum tract. 4.

cap.

De Romano Pontifice.

cap. 2. eidem dixit: *Tibi dabo Claues Regni Cælorum, & quodcumque ligaueris in Terra, erit ligatum in Cælis, & quodcumque solueris in Terra, erit solutum in Cælis.*

Nec valet hic afferere, eandem Authoritatem fuisse traditam à Christo Domino cæteris Apostolis, cum eis quoque dixerit Matth. 18. *Quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in Cælo, & quæcumque solueritis super Terram, erunt soluta, & in Cælo*, & alibi: *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*; Ad hæc enim respondet *Abnalhassalus* professione Monophysita qui floruit sæculo 13. lib. enim de Quæst. Eccles. quæst. 23. ait

وقال فيه ايضا الحق اقول لك كل ما ربطته والباقى
التفسير لمصنفه : الحل والربط ينقسم الى قسمين الاول
منهما وهو النظر فى الخطايا : ولما اعطا سيدنا المسيح
التلاميذه ان يكونوا معه واحدًا فى المشيه والاراده
والفعل كما تقدم بيانه فصار فعلهم هو فعله
ومشيتهم هى مشيته وارادتهم هى ارادته : ولهذا قال
لبطرس راس الرسل ارعا كبياشى ارع خرافى ارع
نعاجى

نعاجى ولما كانت الخطايا لا تتناهى لاختلاف برّ الايمان
وبرّ الاعمال اعطا التلاميد سلطان وقال لهم ما غفرتم
له خطاياه غفرت وما امسكتوا عليه مسكت وهـذا
السلطان مقلد منه لهم وخلفايهم بعدهم ليحكموا فيه
بالعدل : القسم الثاني وهو الفروض السيديـــه
والرسوليه وليس لاحد ان ينقضهم ولا يغير شيًا منـهم
والدليل على دلك ادله كثيره الاول منها ان الذى
عقد سيدنا المسيح ليس لاحد ان يحله اذ كان هو الملك
والمالك للكل وهم العبيد ولا يصح للعبيد ان يحلـوا
ماعقده سيدهم ولا يغيروا شيًا منه : الثاني كل ماعقد
بطرس راس الرسل ليس لبقية الرسل حلـه اذ كان
سيدنا المسيح قد قدمه عليهم وامره بهـده بمفرده
دونهم : الثالث كلما عقده الرســل وبطرس لا يجوز
لغيرهم من خلفايهم حلّه اذ كان قد اعطاهم هـده
العطيه وواسع بينهم فيهـــــــــا ۞

Et dixit ibidem quoq; Amen dico tibi quodcumque ligaueris, &c. soluere, & ligare dupliciter distinguitur; Primum est expendere Peccata, & cum tribuisset Dominus noster Christus Discipulis suis, vt vnum essent secum voluntate, mente, & opere, quemadmodum suprà demonstrauimus, factum est,

vt

De Romano Pontifice.

vt idem esset eorum, ac ipsius opus, voluntas, & mens, ideòque dixit Petro Principi Apostolorum, Pasce Arietes meos, Pasce Agnos meos, Pasce Oues meas. Cum verò peccata infinita sint ob diuersitatem Iustitiæ fidei, & Iustitiæ operum, dedit Discipulis potestatem, & dixit eis, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Hanc autem potestatem tradidit illis, & eorum Successoribus post illos iustè adhibendam. Alterũ sunt Præcepta Dominica, & Apostolica, de quibus derogare quicquam nemini licet, aut quicquam mutare, huius autem demonstrationis plures sunt demonstrationes. Prima est, quodcumque ligauit Christus Dominus noster, nemini soluere licet, cum ipse sit Rex, & Possessor omnium, ipsi verò eius Serui, Seruis autem haud fas est soluere, quod ligauit Dominus, nec quicquam illius mutare. Et secunda, quodcumque ligauit Petrus Princeps Apostolorum, haud integrum est reliquis Apostolis illud soluere, eòquod Christus Dominus noster illum præfecerit eis, atque præceperit hæc ipsi singulariter, ac seorsum. Ex quibus deducitur, Christum haud quaquam tradidisse parem Authorita-

rita-

tatem Apostolis, ac Petro, dedit enim Petro summam Potestatem ordinariè, alijs autem ex speciali gratia, tamquam delegatis, quod confirmatur ex verbis Pauli 2. ad Corinth. 5. *legatione pro Christo fungimur*, & ad Ephes. vlt. *legatione fungor catena ista*.

5. *Summus Romanus Pontifex habet Primatum in Ecclesia, vti Petri successor.*

Firmato igitur D. Petri Primatu, dicendum est, eundem Primatum tenere in Ecclesia Dei summum Romanum Pontificem, cum sit eiusdemmet Petri Successor, cuius series non interrupta, cum non potuerit, nec Perfidorum hominum inuidia, nec Imperatorum persecutionibus ab Orbe diuelli, inconcussa adhuc stabilitate viget.

Prætermissis itaque, quæ de hac materia diffusè disserit, ac eruditè Sectariorum Argumentis respondet Abraham Ecchellensis fultus Orientalium Textibus in lib. de Primatu Papæ cap. 22. abs re non erit in medium afferre Epistolam Ecclesiæ Orientalis ad Symmacum Episcopum Romanum missam, vbi sic; *Non in ligando tantum Potestas est tibi data, sed in soluendo quoque diù vinctos ad imitationem Magistri, neque in eradi-*

can-

De Romano Pontifice.

cando, & diſerendo, ſed in plantando, & ædificando ſecundùm B. Hyeremiam, magis ſecundùm Saluatorem Mundi Chriſtum, in cuius ille extitit typo; neque in tradendo tantum Sathanæ in interitum Carnis, ſed in Charitate formando longa aduerſione deiectos, ne (quod abſit) maiori triſtitia abſorptis nobis à Sathana videamini, pertuliſſe diſpendium. Non enim ignoras eius ingenium, qui quotidiè à Sacro Doctore tuo Petro doceris Oues Chriſti per totum habitabilem Mundum creditas tibi paſcere: Et in Epiſt. Archimandritarum ad Hormiſdam Romanum Pontificem, prout habetur in primo tom. Epiſt. Decretalium paſſim eum vocant, *Principem Paſtorum, & Caput omnium*, ſed audiamus B. Cyrillum Archiepiſcopum Alexandriæ, qui in theſauris ita ſcribit, *quòd oportet nos tamquam membra caput ſequi, ideſt Romanum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem, à qua debemus petere, quid credere, & ſentire debemus, ac tenere, quia ipſius tantum eſt confutare, dirigere, redarguere, confirmare, ordinare, ſoluere, & ligare.*

Sed vt hæc veritas magis eluceſcat, ac firmius comprobetur, adnotandum hic

hic est, Ecclesiam Orientalem, quæ asserit eundem Primatum, quem habebat Petrus, habere Summum Romanum Pontificem, hoc perperam non protulisse, cum sit fundata Concilij Nicæni Canonibus, qui apud Nationes Orientales circumferuntur, præter illos viginti, qui Græcè, & Latinè extant; Ad cuius rei intelligentiam necesse est prænotare; apud Nationes Orientales, nimirum apud Melchitas, Maronitas, Cophtitas, seu Ægyptios, Iacobitas, Æthyopes, & Nestorianos extare octuaginta quatuor Canones Concilij Nicæni ipsorum conscriptos characteribus, & linguis, præter illos viginti, qui extant Græcè, & Latinè, quorum exemplaria prostant in Bibliotheca Vaticana, ac in illa Collegij Maronitarum de Vrbe, aliqua arabica, & alia Syriaca lingua conscripta; quorum latinæ Versiones extant in tom. 1. Conciliorum diligentia, & notis PP. Labbe, & Croysarth editorum.

6. *Probatur Primatus Summi Romani Pontificis ex Canonibus Concilij Nicæni, qui extant apud Orietales.*

Plures igitur, fuisse Canones Nicæni Concilij præter illos viginti testatur Diuus Athanasius, qui ipsimet Concilio interfuit in Epist. ad Marcum Papam,

De Romano Pontifice.

pam, in qua asserit, Nicænos Canones fuisse num.80. qui posteà ab ijsdem Concilij Patribus in 70. Sententias redacti fuerunt; & hæc est ratio, cur apud ipsosmet Orientales, aliqui ex 84. Canonibus habeantur tamquam illegitimi, habentur tantum pro legitimis ij, in quibus consentiunt omnes sectæ, in quibus verò non, illegitimi.

7. *Plures fuisse Canones Concilij Nicæni præter viginti, qui Græcè, & Latinè extant, probatur ex Summ. Pontificibus, ex Concilijs, & ex SS. Patribus.*

Hæc pluralitas Canonum Concilij Nicæni præter illos viginti desumitur ex Summis Pontificibus, nec non & ex Antiquis Patribus, & ex Concilijs, quæ plurium Concilij Nicæni Canonũ mentionem faciunt, qui non extant inter illos viginti.

Ex Summis Pontificibus S. Leo I. multa affert Epist. 53. 54. 55. ex Nicæna Synodo aduersus Anatolium Constantinopolitanum Episcopum Ius sibi suprà Alexandrinam, & Antiochænam Ecclesias vsurpantem.

Innocentius Papa Epist. 6. ad Agabitum Macedonium ex Nicæna Synodo multa refert de generibus non ordinandorum, & de Pænitentibus, alijsque in Epist. 24. ad Synodum Toletanam.

Zosi-

Zosimus in sua Decretali, & Monitorio ad Concilium Carthaginense tres profert Canones ex Nicæna Synodo, Primum de Appellationibus Episcoporum ad Romanam Sedem; alterum de appellationibus Presbyterorum, & minorum Clericorum ad Episcopos vicinos; tertium de non eundo ad Comitatum.

Ex Concilijs in Ephesino act. 7. citatur Priuilegium à Patribus Nicænis Cypri Ecclesiæ collatum, in Canone 43. ex 84. qui nomine Concilij Nicæni inter Orientales circumferuntur.

Concilium Arelatense secundum, Can. 24. refert Constitutionem ex Concilio Nicæno de Accusatoribus fratrum, ad quam ita Summæ Author, *hic est vnus Canon præter illos viginti ex Concilio Nicæno, quos suprà recensuimus.*

Ex Patribus antiquis S. Basilius Magnus Epist. 78. perscribit in Concilio Nicæno alia constituta esse ad correctionem noxiorum, alia ad præmonitionem eorum, quæ in futurum suboriri possunt.

D. Hieronymus in præfat. lib. Iudith testatur, Nicænam Synodum eum librũ Cathal. Scriptur. Sacrarum adscripsisse.

De Romano Pontifice.

S. Ambrosius in Epist. ad Ecclesiam Vercellensē, quæ est 82. affirmat in Synodo Nicęna prohibitos Bigamos ordinari.

S. Augustinus Epist. 110. scribit in Concilio Nicæno prohibitum fuisse, ne duo Episcopi simul sedeant in eadem Ecclesia, quamobrem ita de se testatur. *Adhuc in corpore posito Beatæ memoriæ Patre, & Episcopo Valerio, Episcopo ordinatus sum, & sedi cum illo, quod Concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam.*

Hæc confirmantur ab ipsismet Græcis, ac præsertim à Photio Constantinopolitano, qui in summa librorum à se lectorum, meminit, se legisse librum historiam præferentem actorum in Concilio Nicæno, qui diuisus erat in tres Partes; Testatur præterea se inuenisse alium Codicem hæc eadem continentem acta sub nomine Gelasij Episcopi Cæsareæ Palestinæ.

Adstipulatur quoq; Isidorus in Prologo Collectionis Canonum, qui se audiuisse affirmat quosdam Orientales Episcopos asserentes, se vidisse ingens volumen Authorum Synodi Nicænæ, in quibus aiebant, iudicia Quærimoniarum, & de-

& definitiones, ac Constitutiones contineri: Et Gelasius Cizycenus in præludijs Actorum Concilij Nicæni asserit, se legisse omnia acta illius Sanctæ Synodi in antiquissimo libro in membranis planè integris descript. qui extabat inter libros Dalmatij Archiepiscopi, *in quem Sacrum librum*, sic ait, *cum incidissem, multumque in eo posuissem studij, nec potuissem memoria omnia retinere (nemo enim hominum immensum illud mare, omnium, quæ in eo recondebantur memoriter in ore habere poterit) plurima adnotaui Sanctorum nostrorum Patrum.*

Non enim ad Magnum illud, & Primum Generale Concilium confluxerunt Græci, & Latini tantúm, *sed vna etiam ædes Sacra*, inquit, idem Gelasius Cyzicenus cap. 5. comment. Concilij Nicæni ex Eusebij Pamphili lib. 3. histor. *Velut Dei nutu adaucta intrà parietes suos Syros pariter, & Cylices, Phœnices, & Arabes, & Palestinos, Ægyptios porrò, Thebanos, Afros, aliosque ex Mesopotamia profectos recepit, &c.* à quibus mirum non est, si eorum Codices illæsi, asseruati fuerint ex igne, & rabie inusitata, qua Arria- 8. *Quomodo isti Canones fuerint asseruati inter Orientales.*

De Romano Pontifice. ni in acta Nicæna sæuierũt(vt nemo,qui Ecclesiasticas euoluit historias ignorat) cum eorũ linguas Arriani ignorarẽt, imò tamquam Barbaræ ab ijsdem haberẽtur; neque eorum Sæuitia cunctas Terrarum Orbis haudquaquã peruaserit Prouĩcias, neque in omnium Gentium, tàm publicas, quàm priuatas irruerit Bibliothecas.

9. *Exponitur Canon 37. Concilij Nicæni pro primatu Romani Pontificis.*

Inter hos igitur Canones pro confirmatione Primatus Summi Romani Pontificis tres leguntur Canones, qui extant in omnibus Orientalium Editionibus suprà memoratis, quorum Textus arabicos refert Ecchellensis in Tract.de Romano Pontifice vnus est 37. vbi sic, *Et sint Patriarchę in vniuerso Mundo quatuor tantum, quemadmodũ sunt Scriptores Euangelij quatuor, & Flumina quatuor, & Elementa Mũdi quatuor, & Anguli quatuor, & compositio hominis quatuor, quoniam hisce quatuor vniuersus constituitur Orbis, & sit Princeps, & Præpositus ipsis Dominus Sedis Diui Petri Romæ, sicut præceperunt Apostoli.*

Notandum hic est Romano Pontifici non vtcumque statuitur Primatus, Concilij Authoritate, quasi antea non habuerit, sed Apostolorum præcepto à Con-

Concilio declaratur; Apostolorum autem statuta, & mandata, ipsius esse Christi, præter Sanctorum Patrum testimonia, fatetur ipse Caluinus in cap. 2. Act. de impositione manuum, *Non credibile esse*, inquit, *nisi Christi mandato manuum impositione vsos fuisse Apostolos*. Nec non, & Vrsinus ex eodem grege de Doctrina Christi, agens de Sanctificatione diei Dominicæ, *hanc*, inquit, *esse Apostolicam traditionem credimus, ipsos autem sine Christi mandato id fecisse non est credibile*.

10. *Primatum Summi Pontificis esse ex constitutione Apostolorum probatur ex D. Irenæo.*

Quod autem Romani Pontificis Primatus sit ex Constitutione Apostolorum testatur Diuus Irenæus Episcopus Lugdunensis inter Primos Primitiuæ Ecclesiæ Patres, cum fuerit Diui Polycarpi Discipulus, *& Polycarpus*, vt ait ipsemet Iræneus lib. 3. cap. 3. aduersus hæreses, *non solum ab Apostolis edoctus, & conuersatus cum eis, qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia, in ea, quæ est Smyrnis Ecclesia constitutus Episcopus, quem nos vidimus in prima nostra ætate, hic docuit semper, quæ ab Apostolis didicerat*. Irenæus igitur loco suprà cit. loquens de Ecclesia Romana sic habet,

De Romano Pontifice.

Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est, omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt, vndique conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio, fundantes igitur, & instruentes Beati Apostoli Ecclesiam, Lino Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt, & describens seriem summorum Romanorum Pontificum vsque ad sua tempora subdit, *nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius, hac ordinatione, & successione, & ea, quæ est ab Apostolis in Ecclesia traditio, & veritatis præconiatio peruenit vsque ad nos.*

III. *Primatus in Ecclesia necessarius, prout etiam erat in lege veteri.*

Ad confirmandum igitur Romanæ Ecclesiæ Primatum, quem post Petrum, Apostoli Lino tradiderunt, asserit Diuus Irenæus, *ad hanc Ecclesiam debere conuenire omnem Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles*, quod rationi videtur valdè consentaneum esse, cum nequeat Respublica benè esse composita, & constituta, aut bonis administrata legibus, si nullus in ea esset inferiorum ad Superiores ordo, quod etiam obseruabatur in lege veteri, vti legitur Deuteronomij

mij 17. vbi ad causas dirimendas, & ad sedanda litigia mandauit Deus Populo, vt veniret ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, vt ab illo veritatem Iudicij recipiat, & subdit ibidem Moyses, *Qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto Iudicis, morietur homo ille.* Si hæc in veteri lege, quid in noua? dum perfectior esse oporteat Christiana hæc Respublica, veteri illa Mosaica, dum eius Author Christus, Moyse Authore Veteris præstantior sit; Ideòque Patres Cõcilij Nicæni hæc excogitantes, mirum non est, si Canonem sanxerint septuagesimum primum de Appellationibus Episcoporum ad Romanum Pontificẽ, qui est alter ex tribus Canonibus Arabicis suprà memoratis, cuius tenor est, *Si quis Episcoporum delatus fuerit aliqua in re, propterea conuenientes Episcopi illius Sedis, & exsoluerint illum suo ordine, & ministerio interdixerint, volueritque ille appellare, & querimoniam deferre ad Beatissimum Episcopum Ecclesiæ Romanæ, placueritque ei audire querimoniam illius, atque iustum*

12. *Expenditur Canon* 71. *Concilij Nicæni* de Appellationibus *pro Primatu Romani Pontificis.*

De Romano Pontifice. *ipsi visum fuerit, iterum perscrutari negotium eius, & rogauerit illum, vt pro se scriberet ad vniuersam illius Prouinciam, & ad Episcopos contiguarum Prouinciarum, vt perdiligenter exquirerent de suo negotio, & peruestigantes iudicium de illo ferrent iuxtà Iustitiæ æquitatem. Si vero rogauerit ille Episcopum Romæ, & commouerit eum, vt suam confestim audiret causam, siuè obtinuerit ab eo, vt mitteret á suo latere duos Presbyteros Ecclesiasticarum causarum Peritos, vt exquirerent, & inuestigarent auctoritate, seù potestate illius, quid agendum sit de ipsius causa, & sub Anathemate obstringat Legatos, quos mittet, vt iudicent cum Episcopis, & Principatum habeant Legati, & profectò obediendum in hoc est, statimque acquiescendum in causa illius Episcopi, atque Iudicio de ipso lato, quà consentaneum, rectumque visum fuerit Episcopo Romano Papæ. Quicumque autem Sanctioni huic aduersatus fuerit, Synodus Anathemate illum percellit.*

13. *Probatur præfatum Canonem fuisse sãcitum in Concilio Nicæno.*

Canonem hunc fuisse sancitum in Concilio Nicæno patet ex appellatione Diui Athanasij à Concilio Antiocheno, vi Nicæni decretorum ad Iulium I. qui eum

eum, sociosque absoluit, & in suas Sedes, à quibus deiecti erant in Concilio Antiochæno, restituit Teste Theodoreto lib. 2. hist. cap. 4. hisce verbis, *Iulius Ecclesiæ Canonem secutus, eos iussit Romam venire, & D. Athanasium, qui pro se in iudicio responderet, vocauit*. Appellauit etiam eodem tempore ad eumdem Iulium Paulus Constantinopolitanus Episcopus, vti notat Martyrologium Ægyptium sub die 5. mensis Babæ.

Item S. Ioannes Chrisostomus, & Flauianus Patriarcha Constantinopolitanus appellarunt, Primus ad Innocentium Papam, prout legitur in Epistola 1. eiusdem ad eumdem, & Secundus à Concilio secundo Ephesino ad Leonem, & quamplures alij in Ecclesia Gallicana, & Africana, vt videre est, fusè apud Christianum Lupum lib. de Appellationibus.

Si igitur non Episcopi tantum, verum etiam summi Antistites, nimirum Patriarchæ ab ineunte Christianæ Religionis memoria, & nomine, ad Romanum appellarunt Pontificem, & indè absolutionem sunt consecuti, dubi-

tan-

De Romano Pontifice.

tandum haudquaquam est in Sũmo Romano Pontifice, hoc esse signum supremæ Iurisdictionis, ac Potestatis.

14. *Proponitur Exceptio data Zosimo Romano Pontifici ab Episcopis Affricę circà Canonem de Appellationibus.*

Nonnulli enim, vt ostendant hunc Canonem non fuisse in Concilio Nicæno sancitum, afferunt quærimoniam Episcoporum Africæ, qui erant in Concilio Carthaginensi aduersùs Zosimum Summum Romanum Põtificem in causa Appiarij Presbyteri, qui de sententia in se lata ab Vrbano Episcopo Siccense, Apostolicam Sedem appellauerat, qua admissa appellatione misit Zosimus ad Synodum Carthaginensem Legatum, qui nomine eiusdem Romani Pontificis Canonem Concilij Nicæni de Appellationibus exhibuerunt, & quia Episcopi Africani Canonem illum non reperiebant in exemplaribus Nicæni Concilij à Cæliano Carthaginensi Episcopo in Africã delatis, postulauit Synodus, vt ad Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, & Constantinopolitanum Legati supplicibus cum Epistolis mitterentur, quibus rogarentur illi, vt authentica Nicæni Concilij Exemplaria ex suarum Ecclesiarum scrinijs, litterarum con-

fir-

firmata Testimonio, dirigerent.

Exploratis itaque Alexandriæ, & Constantinopoli Græcorum exemplaribus, vt ait Baronius ann. 419. n. 73. responderunt Patriarchæ Synodo, in suis Archiuijs non extare, nisi viginti Canones, inter quos non legebatur Canon ille de Appellationibus.

Ex hac enim perscrutatione Græcorum Exemplarium non benè arguitur Concilij Nicæni Canones non fuisse plures, quam viginti, vbi enim Arrianismus vigebat, vti Constantinopoli, nec non Alexandriæ, cum multa Ecclesia Africana passa sit naufragia factione Donatistarum, qui cum Arrianis fœdus iniecrant, multos Nicænos Canones, & Constitutiones vnà cum Actis, igne sæuientibus Arrianis, perijsse superius innuimus, cum alijs Scriptoribus, quorum hæreticorum nequitia, & id quoque factum est, vt ipsum Concilium Sardicense posteris Africanis ità penitùs interceptum fuerit, vt omninò periret; At verò in Regionibus Chaldæorum, in quas Arrianorum error non irrepserat, earum Populi, ipsosmet Canones conseruarũt illibatos, 15. *Respondetur argumento deducto ab exceptione data ab Episcopis Africæ.*

quos

De Romano Pontifice.

quos eorum Episcopi, ex Concilio Nicæno asportauerant; si enim Synodi Carthaginensis Legati ad Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, ac Constantinopolitanum missi, ea qua requirebatur accuratione, ac diligentia explorassent apud Patriarcham Antiochiæ Exēplaria eorundem Chaldæorum, qui sub eiusdem Patriarchæ erant ditione, puto, eos inuenisse Canonem de Appellationibus, sed de his tantum contenti habiti sunt, quæ Alexandriæ, & Constantinopoli in Græcorum Codicibus inuenerant, quod non abs re asserere fatendum est, cum nulla penitus habeatur respōsio de missione facta ad Patriarcham Antiochiæ, quod innuit Natalis Alexander p. 2. sæculi 4. dissert. 18. in qua post descriptionem Legationis ad Patriarchas Alexandrinum, Antiochænum, & Constantinopolitanum subdit, *Effectus legationis ab Africanis in Orientem missæ, is fuit, vt Cyrillus Episcopus Alexandriæ, & Atticus Constantinopolitanus*, nulla facta mentione de Patriarcha Antiochiæ, *ad Africanos miserint Exēplaria Concilij Nicæni, in quibus viginti dumtaxat Canones legebantur*,

tur, nec extabat ille, quem Zosimi iussu protulerat Faustinus. Nihil enim habetur de responsione Patriarchæ Antiochæni, apud quem tantummodo Chaldæorum exemplaria extabant.

Per hunc Canonem de Appellationibus diluitur obiectio illa, quæ ex Canone 6. Concilij Nicæni afferunt Lutherus de Potest. Papæ, Caluinus lib. 4. de Instit. cap. 7. §. 1. nec non omnes quotquot in Romanum Pontificem strinxerunt calamum; Hi enim, ex vi illius Canonis, qui est ex numero, & serie, illorum 20. quos omnes vtriusque Orbis Ecclesiæ, tamquam legitimos, & authenticos Concilij Nicæni Canones amplectuntur, sæuiunt sic. *Mos antiquus perdurat in Ægypto, Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est,* Ex quo tribuunt paritatem, & æqualitatem Alexandrino Episcopo cum Romano, cuius Iurisdictionem includere conantur, vel inter suburbanarum Regionum limites, vel intra centesimum lapidem, vel tandem intra Occidentalis Diœce-

16. Ex præfato Canone de Appellationibus diluitur obiectio Lutheri, & Caluini desumpta ex Canone 6. Concilij Nicæni.

seos

De Romano Pontifice.

ſeos terminos; ſenſus enim ſubdubius, & controuerſus huius Canonis tollitur ex Canone ſupracitato de appellationibus; ſi enim Patriarchæ Orientis, ac præcipuè Alexandrinus, vti adnotauimus, appellarunt poſt idem Concilium Nicænum ad Papam Romanum, non intellexit Eccleſia Orientalis per memoratum Canonem ſextum, intercedere paritatem inter Epiſcopum Alexandrinum, & Romanum; Illi enim agnoſcebant ſummum Romanum Pontificem quadrupliciter conſiderari, vel vt ſpecialem Vrbis Romæ Epiſcopum, vel vt Romanæ Prouinciæ Metropolitam, vel vt totius Occidentis Patriarcham, vel tandem, vt vniuerſalis Eccleſiæ Summum Pontificem, & Caput eiuſdem; Iuxtà has diuerſas rationes, diuerſæ occurrunt in Eccleſiaſtica Politia, & adminiſtratione comparationes, & ſic ſinguli Epiſcopi comparari poſſunt Romano, qua Vrbis Romæ ſpecialis Epiſcopus eſt, non autē vti Summus Pontifex, & Eccleſiæ Caput.

Hunc autem eſſe ſenſum huius Canonis, deducitur ex principijs eorumdemmet hæreticorum, omnes enim fatentur,

tentur, nemine ferè discrepante, Romanam Sedem primam esse, quoad Cathedram, Ordinem Sedium, Sessionem, & enumerationem, aiuntque, Romanum Pontificem esse Primum inter Pares; Cum ergo ponatur primo loco in hoc Canone Alexandrinus, necesse est, vt concedant, hîc non agi de comparatione Alexandrini cum Romano, sed tantùm nominatur primo loco Alexandrinus, quia varij abusus irrepserant in Alexandrinam Ecclesiam, magis quam in alias, de illa re, de qua in illa Sessione agebatur, quandoquidem non solum Episcopi, & Metropolitæ in se inuicem, ac in ipsum Patriarcham iniurij erant, sed & ipsi Corepiscopi, sui obliti muneris, & officij, iura vsurpauerant eorum Episcoporum, & in Ægypto, Thebaide, Lybia, & Pentapoli, plerasque illius Patriarchatus Ecclesias bicipites reddiderant, teste Epiphanio, Sozomeno, Theodoreto, & Nicephoro, ideòque ab eo reformationis exordium sumit Canon; Romanus enim Pontifex proponitur ibi, tamquam Exemplar imitandum in Politia Ecclesiastica administranda, vel qua

Me-

De Romano Pontifice. Metropolitani gerit perſonam, vel quà Occidentis Patriarcha eſt.

Tollitur rurſus paritas hæc Alexandrinæ Eccleſiæ cum Romana ex diuerſis Editionibus huius ſexti Canonis, in quibus nulla facta mentione de hac Parilitate, magis dicta ſuperius de eius vero ſenſu corroborantur.

17. *Proponuntur variæ Orientalium Editiones Canonis 6. Concilij Niceni.*

In editione enim Gentiani Herueti, quæ eſt in Corpore Conciliorum ſic habetur: *Antiqui mores ſeruentur, qui ſunt in Ægypto, Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quandoquidem & Epiſcopo Romano, hoc eſt conſuetum*, cui Verſioni adſtipulatur Editio Maronitarum, in qua ſic habetur

ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘ ܕܪܗܘܡܝܐ
ܗܢܐ ܥܝܕܐ ܐܝܬ ܠܗ ..

Quoniam, & Epiſcopo Romano hæc conſuetudo eſt; Idem ferè legitur in Editionibus Iacobitarum, vbi

لان هكذا وجب لاسقف روميه خليفه مار بطرس ۞

quia ita decet, ſeu conſentaneum eſt Epiſcopo Romæ Succeſſori D. Petri, & in Paraphraſi

prasi Arabica Iosephi Exigui in Canones Nicænos Interpræte Guillielmo Beueregio tom. 1. Pandect. sic habetur: *Quemadmodum etiam Episcopus Romæ huic consuetudini adhæret.*

Editio vera Æthyopica allata ab Abrahamo Ecchellensi lib. de Primatu Papæ cap. 20. annuit, hunc Canonem de Authoritate Alexandrini Episcopi suprà Prouincias superiùs adnotatas, Statutum fuisse Summi Romani Pontificis mandato, nulla facta mentione, nec de paritate cum Romano, nec de consuetudine Episcopi Romani, dùm in ea legitur: *Quoniam Romanus Patriarcha sic talia iubet.*

Differt á supracitatis versionibus Editio Nestoriana, in qua nullo prorsus facto verbo Episcopi Romani sic habet.

ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܢܐ ܥܝܕܐ ܐܝܬ ܠܗ.

Quoniam Episcopo quoque hæc consuetudo est, quæ adhærere videtur cuidam antiquissimo Latino Exemplari, vti notat Bartholomæus Caranza ad eumdem sextum Canonem, in quo sic legitur: *Quo-*

De Romano Pontifice.

niam quidem Metropolitano Episcopo, hoc idem moris est.

Ad hanc denique difficultatem diluendam ſat erit in medium afferre ipsāmet Editionem Alexandrinam, vbi ſic

من اجل ان اسقف روميه لازم لـه هـذه العاده ۞

Eo quod Episcopus Romanus hanc quoque tenet conſuetudinem, ex qua colligitur, Patriarchas Alexandrinos nunquam excogitaſſe per illa verba huius 6. Canonis, quæ leguntur in Editione Latina: *Quia & Vrbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt*, ſe habere parem Authoritatem cum Epiſcopo Romano, ſed tantum comparari poſſe Romano Epiſcopo, qua Vrbis Romæ ſpecialis Epiſcopus eſt, non tamen, vti Pontifex vniuerſalis, & Eccleſiæ Caput, vti ſuprà innuimus.

18\.

Romanus Pōtifex nullum agnoſcit ſuperiorem neque Imperatorem neque Reges, neque totum Clerum.

Si igitur per præfatum Canonem 71. Concilij Nicæni ſtatuitur appellatio ad Romanum Pontificem, quod eſt ſignum ſupremæ Iuriſdictionis, ac Poteſtatis, dubitandum haudquaquam eſt, Summum Romanum Pontificem, nullum agnōſcere Superiorem in Terris, Teſte Concilio Romano ſecundo imme-

dia-

diatè celebrato post Concilium Nicænum sub eodem Syluestro Pontifice præsente Constantino Augusto cũ 276. Episcopis Latinis, & Græcis, vbi Canone 20. sic habetur: *Nemo enim iudicabit primam Sedem, quoniam omnes Sedes à prima Sede Iustitiam desiderant temperari, neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neq; à Populo Iudex iudicabitur*: Item Concilium aliud Romanum sub Symmaco recepit, & approbauit, tamquam sua decreta librum Ennodij Diaconi, in quo sic legitur: *Aliorum Hominum causas Deus voluit per Homines terminari, sed Sedis istius Præsulem suo, sine Quæstione reseruauit arbitrio, voluitque Petri Apostoli Successorem Cælo tantum habere Innocentiam*.

Ideòque in Calcedonensi Concilio damnatus fuit Dioscorus, qui inter alia ausus fuerat in Concilio Ephesino secundo dictare Sententiam aduersus Leonem Romanum Pontificem, sed non solum damnatus fuit Dioscorus, verum, & Concilium illud irritum, habitum est, quod fuerit celebratum sine Romani Pontificis licentia, & repugnantibus Se-

De Romano Pontifice.

dis Apoſtolicæ Legatis, vt ex Act. 16. Concilij Chalcedonenſis clarè liquet; Neque refert damnationē Honorij Summi Romani Pontificis haberi in Actis 6. Generalis Synodi, qui prodierunt cum ea ſolum certitudine, quam fides Græcorum Codicum meretur, ex quibus edita ſunt, & quamuis à Summis Romanis Pontificibus per multa ſæcula id tolleratum fuit, pari ratione qua tollerantur multa alia, quæ ſpecialiorem requirerent authoritatem, non ideò cenſetur conſenſum ijs præſtitiſſe, cum non adiecerint Bullam in illorum collectionis, aut Decretorum confirmationem, neque aliquid de germanitate textus affirmarunt, ſed veritatem lectionis penes Codicum Græcorum, ex quibus acta deſumpta ſunt Authoritatem reliquit, quibus, quæ fides adhibenda ſit, in alio Tractatu à nobis iam parato *de Vindicijs Honorij* diſcutienda proponemus.

In Orientali itidem Eccleſia ea ſemper fuit Romani Pontificis Authoritas, ac ſumma exiſtimatio, vt non tantum teneat, nulli fas eſſe, in illum Iudicium ferre, verùm etiam eum prædicent eſſe

ſu-

supra omnes Chrinianitatis Populos, & supra ipsamet Concilia, quam veritatem desumunt ex Canone 44. Concilij Nicæni Editionis Arabicæ Interpræte Abramo Ecchellense, qui est insertus vnà cum alijs Canonibus eiusdē Editionis in tom. 1. Conciliorum diligentia, ac notis PP. Labbè, & Groysarth, vbi in fine supradicti Canonis hæc habentur: 19.

Adstruitur Primatus, & authoritas Romani Pontificis suprà Concilia ex Canone 44. Concilij Nicæni Editionis Arabicæ.

وكما ان للبطريرك سلطان على من تحت يديه
فكذلك يكون لصاحب رومية سلطان على ساير
البطاركة مثل بطرس فيما كان له من السلطان
على جميع روما النصرانيه وجماعة اهلها لانه خليفة
المسيح على بيعته وكنايسه وشعوبه كلها ۞

Et quemadmodum Patriarcha Potestatem habet super subditos suos, ita quoque Potestatem habet ille Romanus supra vniuersos Patriarchas, quemadmodum habebat Petrus super omnes Christianitatis Principes, & Concilia ipsorum; Quoniam Christi Vicarius est super redemptionem, Ecclesias, & cunctos Populos eius.

In Editione Latina huius Canonis, qui est 39. Canonum Arabicorum promulgata à Francisco Turriano, hoc no-

De Romano Pontifice.

mẽ جماعة *Giemaa* pro *Populo* interpratatũ legitur, & non pro Concilio, cuius tenor est huiusmodi: *Ille, qui tenet Sedem Romæ Caput est, & Princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est Primus, sicut Petrus, cui data est Potestas in omnes Principes Christianos, & omnes Populos eorum, vt qui sit Vicarius Christi Domini Nostri super cunctos Populos, & vniuersam Ecclesiam Christianam.* Hæc profectò interpratatio lexicis contraria clarè liquet ex Thesauro linguæ Arabicæ Giggæi, nec non ex lexico Arabico Latino Golij, & aliorum, in quibus hoc nomen جماعة nunquã interpratatur *Populus*, sed *Concilium*, *Cœtus*, & *Congregatio*, & palam est ex Serie eorumdem Canonum Arabicorum, in quibus *Concilium* semper sub nominibus مجمع, vel جماعة nominatur à verbo جمع, hoc est *congregauit*; Excusandus tamen est Turrianus, qui cum linguam Arabicam non calleret, operam adhibuit in eorum recognitione cuiusdam Mercatoris Alexandrini, & alterius Neophiti Turcæ, qui latinè, & italicè mediocriter loqui didicerant, vt ipsemet Turrianus ait, in Proe-

mio

mio in Canones Arabicos, ex quorum imperitia prodijt hæc interpretatio illegittima, Præfato igitur Canoni quadragesimo quarto non obstant Constitutiones Sessionis quartæ, & quintæ Concilij Constantiensis, quibus nonnulli, Papam subijci Concilio deprædicant, nam quæ legũtur in citatis Sessionibus, non respiciunt Papam indubitatum, sed tantum Papam dubium.

20. *Constitutiones Sessionis quartæ, & quintæ Concilij Constantiẽsi non respiciunt Papam indubitatum, sed tantùm Papam dubium.*

Concilium enim Constantiense congregatum fuit ad tollendum Schisma, quod per quadraginta fere Annos perturbauerat Ecclesiam, cum dignitas Papalis esset tunc in tres transfusa, nimirum in Ioannem XXIII. in Benedictum XIII. & in Gregorium XII. quo casu Concilium (cum ignoratur, quis sit verus Papa) potest in dubios Pontifices sententiam ferre, ac vno amoto, alterum verum, & legitimum Pontificem declarare, quia tempore Schismatis, cum dubius Papa pro non Papa habeatur, vti asserunt Turrecremata, Campeggius, Sanderus, & alij, Concilium potest illo casu prouidere Ecclesiæ de vero Pastore, quod non est habere Potestatem in Pa-

De Romano Pontifice.

pam; dum enim vigebat illud Schisma Apostolica Sedes censebatur Pontifice vacare, vti protestati sunt Cardinales in eodem Concilio Constantiensi die 11.

21. *Tempore Schismatis pro quo tollendo celebratum fuit Conciliũ Constantiense Apostolica Sedes censebatur Pontifice vacare.*

Septembris 1417. dicentes, Ecclesiam apud omnes vacare, & iamdiù vacauisse. Mens enim Concilij non fuit, quod Ioannes XXIII. prò vnico vero, ac indubitato Pontifice ab omnibus Christifidelibus habere deberetur, dum duas alias obedientias in suo sensu abundare permisit, & illi Patres iudicarunt, quod Gregorius XII. si Constantiam personaliter venisset, nõ obstante Ioannis XXIII. præsentia, arma Pontificia ante valuas Palatij affigere potuisset, & Legatum eius Ioannem Dominici Ragusinum cũ Capello Rubro tamquam Cardinalem ante abdicationem Ioannis XXIII. Constantiam ingredi passi sunt die 4. Ianuarij 1415.

22. *Non nullorũ Opinio Dereta Sess. 4. & 5. esse irrita ob deficientiã generalitatis Concilij.*

Cæterum constans est multorum opinio decreta Sessionis quartæ, & quintæ, vi quorũ, multi contendũt Concilium tunc fuisse suprà Papam, esse irrita ob deficientiam Generalitatis Concilij; tunc enim Concilium non reputabatur generale

rale, dum in illis Sessionibus non aderant, neque obedientia Benedicti XIII. neque illa Gregorij XII. quæ non modicam Europæ partem amplectebantur.

Sed supradicta decreta Sessionis quartæ, & quintæ valida sint, vel non valida, aut à Basileensibus deprauata, desumitur illa respicere tantùm tempus Schismatis, pro quo tollendo principaliter Synodus Constantiensis indicata fuerat, quod patet ex vi verborum, earumdem Sessionum, quæ sic habentur, in Sessione 4. *Quod ipsa Synodus in Spiritu Sancto congregata legitime Generale Concilium faciens, Ecclesiam Catholicam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscumque Status, vel Dignitatis, etsi Papalis existat, obedire tenetur ex his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti Schismatis, & reformationem Generalem Ecclesiæ Dei in Capite, & in Membris*; In Sessione verò quinta reperitur hoc idē decretum cum additione sequentis declarationis: *Item declarat, quod quicumq; cuiusuis conditionis, status, dignitatis etiamsi Papalis, qui mandatis, statutis, seù ordinatio-*

De Romano Pontifice.

nationibus, aut præceptis huius Sacræ Synodi, & cuiuscumque alterius Concilij Generalis legitimè congregati super præmissis, seù ad ea pertinentibus factis, vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit condignæ pænitentiæ subijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia Iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Ex quibus desumitur, Concilium his decretis non subiecisse Papam indubitatum, sed tantum illos, qui tunc *in dignitate Papali* existebant, qua phrasi præfata Synodus vsa est, eò quia tàm Ioannes XXIII. quàm Gregorius XII. & Benedictus XIII. existebant in dignitate Papali, nullus tamen eorum pro Papa indubitato habebatur; potest enim quis existere in dignitate Papali, & omnia Pōtificia munera exercere, & non esse Papa, prout erat in casu præsenti, nec non & alijs temporibus, in quibus viguit aliquis Pseudopapa, vulgò *Antipapa* vocatus.

23. *Potest quis existere in dignitate Papali, & non esse Papa indubitatus.*

Etenim Concilium si intellexisset subijcere his decretis, Papam indubitatum, haudquaquam vsum fuisset his verbis: *Cui quilibet cuiusque status, & dignitatis etsi Papalis existat obedire tenetur,* sed

po-

potius protulisset, *& etiam Papa obedire tenetur*, quia tunc pro Papa simpliciter sumpto intelligebatur de Papa indubitato, quod confirmatur ex Actis Sessionis 40. eiusdemmet Concilij Constantiensis, quæ fuit antecedens electioni Papæ indubitati, nimirum Martini V. in qua statutæ fuerant variæ reformationes fiendæ per Papam vna cum Concilio antequam Concilium dissolueretur, in decem, & octo Articulos distributæ; in quorum decimo legitur: *Item propter quæ, & quomodo Papa possit corrigi, & deponi*; Quoniam verò per nomen *Papa* tunc loquebatur de Papa indubitato, idem Concilium haudquaquam admisit ea, quæ Natio Germanica proposuerat, obligandum nimirum esse futurum Summum Pontificem ad Præfatas reformationes cum decreto irritanti, imò cum resolutum ibidem fuerit, Papam non debere ligari; desumitur acta Sessionis quartæ, & quintæ non respicere Papam indubitatum, sed tantum Papam dubium, alioquin vi illorum decretorum tenebatur Martinus V. qui electus fuerat à Concilio pro Papa indubitato obedire, & deuenire ad refor-

24. *Sub nomine absoluto* Papæ *intelligitur Papa indubitatus.*

De Romano Pontifice.

formationes in Sessione 40. Statutas, & tamen in Sessione 43. quæ fuit secunda post electionem Papæ, Præsidente ipso Summo Pontifice varia emanarunt decreta super Articulis contentis in præfata Sessione 40. super reformatione fienda, in quibus nihil fuit Statutum super præfato articulo 13. sed tantum publicè lecta fuerunt per Dominum Guillielmũ Cardinalem decreta de exemptionibus, de vnionibus, de fructibus percipiendis, de simonia, de dispensationibus, de decimis, alijsque rebus Ecclesiasticis, qui Articuli erant in præfata Sessione 40. recensiti, quibus adiectum fuit aliud decretum de vita, & honestate Clericorum; de alijs autem articulis in eadem Sessione contentis, & ad Papæ authoritatem pertinentibus, nimirum propter quæ, & quomodo Papa possit corrigi, & deponi, de prouisione Papæ, & Cardinalium, de numero, & qualitate Cardinalium, de Indulgentijs, de collatione Beneficiorum, & his similibus, nihil penitus fuit Statutum, & sic nullo discepante ab his quæ à Summo Pontifice sunt gesta, finis Sessioni impositus est.

Cum

Cum igitur Concilium Constantiense curauerit, vt decreta illa ab ipso emanata obseruarentur tunc à Papis dubijs in reformatione Ecclesiæ in Capitibus, & mẽbris eis adhærẽtibus, prout ea obseruarũt Ioannes XXIII. Gregorius XII. & tota ferè obedientia Benedicti XIII. dum primi duo vi illorum decretorum, Papatui abdicarunt, & vna cum reliquis Martinum V. pro Papa indubitato recognouerunt, & è contrario non curauit idem Concilium, vt decreta Sess. 40. super Reformatione obseruarentur à Papa indubitato, prout Martinus V. præsens eidẽ Concilio ex illis non approbauit ex dictis superius nisi quæ ei arriserunt, euidenter concluditur, mentẽ Concilij fuisse, vt decreta illa non respicerent Papam indubitatum.

25. *Verba Decretorum sess. 4. & 5. respiciunt tantum Concilium Constantiense pro extirpatione Schismatis.*

Immò si attente perscrutentur verba præfatorum decretorum clarè videntur intelligi de illa tantùm Constantiensi Synodo pro extirpatione Schismatis, vti asserit Turrecremata, qui eidem Concilio adfuit lib. 2. cap. 99. de Ecclesia, vbi sic, *Decretum illorum Patrum non loquitur vniuersaliter de qualibet Synodo vniuersaliter, sed de illa singulariter, pro cuius*

tem-

De Romano Pontifice.

tempore non erat in Ecclesia vnus Pastor totius Ecclesiæ indubitatus.

Neque obstat declaratio emanata in Sessione 5. eiusdem Synodi, quod videlicet: *Quicumque cuiuscumque Conditionis, Status, Dignitatis etiamsi Papalis, qui mandatis, Statutis, seu Ordinationibus, aut præceptis huius Sacræ Synodi, & cuiuscumque alterius Concilij Generalis legitime congregati super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis, vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciatur.* Non enim intelligitur per ly *cuiuscumque alterius Concilij Generalis legitimè congregati*, de quocumque Concilio Generali, lato modo sumpto, dum subditur in præfata declaratione super præmissis, seu ad ea pertinentibus; Præmissa enim in decreto Sessionis quartæ, & eiusdemmet Sessionis quintæ sunt, Extirpatio dicti Schismatis, Reformatio Ecclesiæ in Capite, & in Membris, & Obseruantia eorum, quæ pertinent ad fidem; Quoad primum certum est per ly *dicti Schismatis* compræhendi tantum restrictiuè, ac limitate Schisma illud, quod Concilium tũc euel-

lere

lere pro viribus curabat, & quoad alia duo euidens est, reformationem factam fuisse propter diuisionem trium Capitũ, quibus tũc Ecclesia Dei perturbabatur, & ne errores wiclefi denuò à Ioanne Hus, & Hieronymo de Praga suscitati per Orbem Catholicum, vigente illo Schismate diffunderentur, quamuis Concilium noluerit noua circà fidem decernere, pro eorum tamen extirpatione confirmauit sententiam latam contra Ioannẽ wicleph à Concilio Romano vltimò celebrato, cuius errores paulò anteà dãnati fuerant ab Vniuersitatibus Oxoniensi, & Pragẽsi Præsidentibus Archiepiscopo Cãtuariensi, & Episcopo Eboracẽsi Sedis Apostolicæ Legatis in Anglia, & Archiepiscopo Pragensi in Bohemia, prout fusè legitur in Sessione 8. eiusdem Concilij Constantiensis. Quæ decreta tempore Schismatis à Concilio emanata cũ sint confirmatiua eorum, quæ circà fidem in alijs Concilijs Authoritate Apostolica sunt definita, ne errores vlteriùs diffunderentur, non constituunt Concilium ex se simpliciter sumptum posse aliquid auctoritatiuè statuere de ijs, quæ cir-

26. *Concilium Constantiense ante electionẽ Martini V. nihil circa fidem decreuit, sed tantum confirmauit sententiam latam à Cõcilio Romano contra errores Vviclefi, & aliorum.*

De Romano Pontifice.

circa fidem in alijs Concilijs non fuerit definitum, cuius decretis in tali casu nullus obedire tenetur, dummodò illa non sint à Sede Apostolica, hoc est à Papa indubitato approbata.

27. *Quomodo intelligantur verba Sess. 5. videlicet ly cuiuscumq; alterius Cōcilij.*

Quoniam verò in illa Synodo poterat nihil concludi pro Pace Ecclesiæ, prout nihil fuerat conclusum in antecedenti Concilio Pisano super eodē Schismate, ideò Patres illi subiecerunt condignæ pænitentiæ eos, qui contempserint obedire decretis cuiuscumque alterius Concilij super præmissis, seu ad ea pertinentibus *factis* in illa Synodo, vel *faciendis*, si Concilium alibi continuatum fuerit super præmissis, pari modo, quo peractum fuit in hac Synodo Constantiensi, quæ fuit præfati Concilij Pisani continuatio.

Quidquid tandem afferatur de præfatis decretis, an videlicèt intelligantur de sola Constantiensi Synodo, an de alijs ratione Schismatis cælebrandis, non desumitur Concilium Potestatem habere in Papam indubitatum, vti superius demonstrauimus, qua Potestate ablata firma stat Orientalium sententia, Papam esse

esse suprà Concilium ex vi præfati Canonis quadragesimi quarti, Concilij Nicæni Editionis Arabicæ, quo etiam excluditur opinio eorum, qui asserunt Monarchicam Summi Romani Pontificis Potestatem, tantum esse respectu omnium fidelium, & omnium Episcoporum, & cuiuscumque, qui exercent in Orbe Iurisdictionem Spiritualem distributiuè, nequaquam verò collectiuè, quum hi nomine Ecclesiæ vniuersalis intelligant eos, qui sunt in Concilijs Generalibus congregati. Hæc autem supræma Romani Pontificis potestas non sine ratione demonstratur, nam vt ait Crespetius Parisiensis in Summa fidei Catholicæ: *Cum Papa sit Caput Ecclesiæ vniuersæ etiam simul Congregatæ (licet id inficiantur Gerson, Iacobus Alemanus, Nicolaus Cusanus, & alij) nec Ecclesia ratione suæ totalitatis vllam habeat Potestatem, cum indigeat confirmatione Papæ, necesse est, Papam esse suprà Ecclesiam*: quam supremam authoritatem exercuit Martinus V. in Concistorio generali Constantiæ habito 6. Idus Martij, in quo occasione Legatorum Regis Poloniæ pro libello Ioannis à

28. *Romanus Pontifex habet summam potestatem in Ecclesia tam distributiuè, quam collectiuè.*

De Romano Pontifice. Falchemberg Constitutioné edidit, nulli fas esse à supremo Iudice, videlicet Apostolica Sede, seù Romano Pontifice Iesu Christi Vicario in terris appellare, aut illius Iudicium in causis fidei (quæ tamquam maiores ad ipsum, & Sedem Apostolicam deferendæ sunt) declinare.

29. *Supremam authoritatem etiam supra Concilia penes aliquem esse, ipsi Nouatores fatẽtur.*

Supremam hanc Authoritatem etiam suprà Concilia opus esse penes aliquem præsidere fatentur, vel inuiti ipsimet hæretici, inter quos Schluselburgius in Cathalogo hæreticorum lib. 13. sic ait: *Quis enim nostrum sibi arrogabit, vt locum habendo Concilio constituat, diem dicat, variarum Nationum Theologos euocet? Et quis in ipsa Synodo præsidebit? porrò quis Iudex erit inter litigantes?*

30. *Probatur hăc authoritatem esse penes Rom. Pontif.*

Quod cum ita sit, & aliter esse nequeat, siuè Diuinæ, siuè humanæ spectentur rationes, & leges, Iudex iste cum suprema Potestate, & Iurisdictionis prærogatiua nullus esse potest, quam Romanus Pontifex, hæc enim Potestas non potest residere penes Concilium, secundum eosdem aduersarios, quoniam in ipso Concilio requiritur, qui præsideat, qui Iudex sit inter litigantes, qui contro-

uer-

uersias dirimat cum suprema Iurisditionis Potestate.

Vndique igitur liquet tam Orientalium Authoritate, quam Occidentalium, Romanum Pontificem esse supremum illum controuersiarum Iudicem, Conciliorum arbitrum, vniuersæ Christianæ Religionis Caput, Petri Successorem, Christi in Terris Vicarium, cuius fidem vsque adhuc, & in æternum duraturam, esse illibatam, & indeficientem, & infallibilem, quotiescumq; aliquid decernit ex Cathedra, hoc est voluntate obligandi fideles omnes ad credendum, quæ habentur ex verbis Altissimi. *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.*

Sed nescio quis ex assueto hæreticorum more respondet, Argumenta supradicta, verba esse inania, atque altè sonantia sine re, ac præcipuè illa, quorum fundamenta sunt Canones Arabici Nicæni, nullius pene authoritatis, cum habeantur apocriphi etiam ab Ecclesia Romana; Sed dic amabo te, non ne asse- 31. *Canones Arabici Concilij Nicæni vindicantur.*
reres prefatos Canones esse decreta æternæ veritatis, si aduersariorum fauerent

De Romano Pontifice.

Sententiæ ? Notum enim eſt, eos tantì facere Orientalium Codices, ſvt non vereantur ad confirmanda praua eorum dogmata, illos falſis corrumpere interpætationibus, vt notat Abrahamus Echellenſis contra Seldenum, & Hottingerum in Eutychio Vindicato, & contrà Bootium in notis ad Cathalogum Hebedieſu, nec non Leo Allatius contrà eundem Hottingerum; Si quid verò occurrit pauliſper ambiguum, & obſcurum apud Scriptorem aliquem, id arripiunt, & tamquam è Cœlo delapſum nobis obijciunt; Si verò aliquid ipſa luce mæridiana clarius, tamquam noctuæ, Solis radium effugiunt, illudque prædicant Apocriphum, atque fictitium.

De Authoritate igitur pręfatorũ Canonum, non ſolũ ſatis eſt dicere, non eſſe reprobatos, immò cum ſint eorũ aliqui à Concilijs, & Sanctis Patribus, vti ſuprà innuimus citati, videntur potius approbatione ſuffulti; Tũc profectò de eorum veritate aliquis daretur ſuſpicioni locus, ſi horum editio penes vnicam tantùm Orientis Nationem extaret, ac præcipuè penes Maronitas, qui Catholicam profiten-

32. *Eorundem Canonum Authoritas ſumma, apud SS. Patres, & Nationes Orientales.*

fitentur Religionem, sed cum habeatur à diuersis Nationibus, à Nestorianis nimirum, Melchitis, Cophtitis, seu Ægyptijs, Iacobitis, ac Æthyopibus, quæ Nationes cum sint longè, lateque inter se Terrarum spatijs dissitæ, varijs imbutæ moribus, & quod pluris est, cum inueterata intima, atque incredibilia, tam inter se, quam cum Ecclesia Romana exerceant odia, nequaquam fieri potest, vt præfatos Canones, vel seorsim, vel coniuncta opera confingere potuerint; Quoties enim hæ omnes Nationes vno ore in hoc conuenire videntur; id nō esse fictitium fatendum est, sed cogente potiùs veritate in lucem eductum, quod latebat in Tenebris; Quod mirùm planè nō est; an nescimus tres è posterioribus Apollonij Pergæi quatuor libris *de Sectionibus Conicis* iamdudum apud suos Græcos desideratos, & à litteratis Viris aliquot iam per sæcula deploratos, apud Arabes tandem esse repertos, & ab Abrahamo Ecchellensi, & Alphonso Borello in lucem editos? & quis ignorat plures Aristotelis libros iam suis perijsse Græcis, apud Arabes tandem esse inuentos? Et

De Romano Pontifice.

quot sodes Titi Liuij desiderantur Decades, quas integras extare apud Arabes ferunt? Cur ergo mirum censendum est, si Nicæni acta, & decreta seruata dicantur apud Christianas Orientalium Nationes?

33. *Cur Conciliũ Nicænum ex Arabica editione tot leges & statuta sãciuerit.*

Nec durum fortasse alicui videatur, si Concilium Nicænum (vt annuit præfatio Arabica, quæ huic Concilio præmittitur, cuius Textus citatur ab Abrahamo Ecchellensi lib de Primatu Papæ cap. 16.) præter illos viginti Canones tot leges, & statuta sanciuerit; quia cum Imperator Constantinus recẽter conuersus esset vna cum suis, & eò vsque nullæ Generalium Synodorum factæ essent Constitutiones, quibus regerentur Neophiti, Reges, Sacerdotes, Principes, Iudices, Rectores, Prouinciarum Incolæ. Monasteria, Abbates, Ecclesiastica Hierarchia; Præterea Duces, Milites, Mercatores, Ciues, Nautæ, Nummularij, Artifices, Fornicarij, Adulteri, Concubinarij, & Polygami, ideò omnia ea, quæ ad Christianam Religionem statuendam, firmandamque, ac ad recentis, crescentisque Ecclesiæ

re-

regimen necessaria erant, sanciendo prospexit.

Sed esto tandem præfatas Orientalium Authoritates esse Apocryphas, & ab Ecclesia Romana haudquaquam acceptas, adhuc stat Ecclesiam Orientalem itá tenere Summi Romani Pontificis primatum, vt illum prædicent Caput vniuersalis Ecclesiæ, eumdemque esse suprà omnes Christianitatis Populos, & suprà ipsamet Concilia, & hoc habuisse pro instituto nequaquam ab Ecclesia Romana, quæ secundum Aduersarios præfatos Canones non recipit, sed à fortiori ab ipsismet Ecclesiæ Primordijs, vel saltem antequam Ecclesia Orietalis in memoratas scinderetur Sectas, infra quartum nimirum, & quintum sæculum, quo viguit Nestorius; Inuerisimile enim videtur, illos Canones pro Romano Pontifice, præfatas Nationes effinxisse post earum ab Ecclesia Catholica separationem, cum odia tunc contra eumdem Romanum Pontificem exercerent.

34. *Negata etiã Canonum Arabicorum veritate hinc à fortiori concluditur, antiquissimam fuisse apud Nationes Orientales de Primatu Papæ traditionem.*

Scio Guilliermum Beueregium ad reprobandos hos Canones, qui in Codicibus Nestorianorum, & Melchitarum

35. *Probatur Canonum Nicænorum Arab:*

veritas contra Beueregiũ cuius etiam obiectiones refelluntur.

reperiuntur asserere tom. 1. *Pandectarum Conciliorum*, illos sub nomine Nicænorum Patrum, fuisse à Nestorianis, & Melchitis introductos, eosque credulis suis, & ignaris sequacibus obtrusos, *quorum ignorantia* (hæc sunt præfati Authoris verba) *ex eo sese egregie prodit, quod Canones ab istis collectos, tamquam à Concilio Nicæno sancitos admitterent, cum istud Concilium multis antè annis celebratũ fuisset, quam vel Nestorianorum, vel Melchitarum nomen obtinuerat, neque enim Nestoriani ante Ephesinum, neque Melchitæ ante Calcedonense Concilium exorti sunt*; Immò verò ex hoc, ipsa sese præclarius prodit nostri sugillatoris imperitia de statu Orientalium Nationum; Ignorat enim, vel se simulat ignorare, quam inueterata, quam obstinata, & luctuosa sint Sectariorum in Oriente dissidia, quãta hinc odia, quam acerba, quam horrenda nascantur, foueantur, & in apertam non semel pugnam erumpant; dicat nobis, oro, Beueregius, Epocham, locum, numerum Episcoporum Synodi, ad quam omnes istæ Nationes confluxerint, & depositis studijs factionum, in ean-

eandem abierint sententiam, & communi consensu decreuerint, Canonum istorum nomen, & acceptationem, sed oportebat, eos omnino, hac in re Consilium, mentem, oculos non habuisse, vt Canones adeò sibi aduersantes, & Religioni prætensæ præiudiciales effingerēt, & scientes volentesque in suum dedecus, & Dogmatum suorum euersionem mentirentur; Neque suum probat assumptum, quod non accuratè pro ratione subiungit, quasi verò Nestoriani, aut Melchitæ aliqua sint noua creatura, quæ ab Australi Terra incognita in Orbem nostrum fuerit delata, non verò illi ijdem Populi, qui ante Nestorium, & Melchitas, Catholici erant, inuectam per Sectarios hæresim imbiberint, ità tamen, vt antiquas Traditiones, libros, & Ritus retinuerint. Imò verò si isti Hæretici Concilio Nicæno fuissent Antiquiores, aut Coæui, fortasse laudatam Synodum minimè probassent, vtpotè à Catholicis Patribus coactam, neque eius sanctiones, aut decreta descripta, confirmata, vel ad suos posteros seruanda transmisissent; Si ergo illa inter hæreticos disseminata,

atque

atque ſeruata ſunt, hoc antiquis earum Gentium Epiſcoporum, & Sacerdotum Religioni, ac Pietati adſcribendum eſſe nemo non videt.

Sed vt omnia perſcrutemur, ſilentio prætermittenda, haud ſunt, quid de

CAP. III. De Purgatorio.

cæteris fidei Myſterijs ſentiant iſti Nouatores, & primò quæſtio eſt de Purgatorio, an ſit aliquis locus, in quo Animæ Iuſtorum, quæ in hac vita ſufficienter purgatæ non ſunt, purgentur poſt hanc vitam, antequam ad Cæleſtem Gloriam admittantur; Lutherani, & Caluiniſtæ negant aſſerentes, nullum eſſe Purgatorium poſt hanc vitam, ſed ſolum in vita, & in morte, horror enim, & pœna mortis purgat, ſi quid purgandum ſupereſt, ideòque nulla pro defunctis ſuffragia admittunt, ita inquiunt apud Bellarm. lib. 1. c. 2. de Purgatorio. Catholici verò illud aſtruunt, ac præſertim Syri. in quorum Conſtitutionibus Eccleſiaſticis cap. 39. De Defunctis hæc habentur

اعمل فى اليوم الثالث ذكران للذين رقدوا بالمزامير
والصلاة من اجل ان المسيح مات وقام للثلاثـــة
ايام؛

ايام : ويصير لهم ايضًا تسعة ايام لتذكرة الاحيـــا
والموات : واعمل لهم الثلاثين مثل السُنــة العتيقـه
لان بنو اسراييل حزنوا عــلى موسى ثلاثيـــن يومًا
ويعمل لهم ايضًا ذكران السنه بداهم ويعطوا مـــن
مالهم صدقة للمساكيـــــــــــن ✿

Facito tertia die Commemorationem pro ijs, qui obdormierunt, in Psalmis, & Orationibus, quia Christus mortuus est, & resurrexit tertia die; Fiat quoque pro illis (commemoratio) nona die in memoria viuorum, & defunctorum; facito etiam pro illis trigesimum (diem) iuxtà antiquæ Legis ritum, quoniam Filij Israel luxerunt super Moyse triginta diebus; Item fiat pro illis Anniuersarium, & erogetur de bonis illorum eleemosina. Syri enim in omnibus færè quotidianis Nocturnis, Orationes peculiares recitant pro Defunctis qui in Purgatorio purgantur, item in Missa, & in Orationibus totius anni, quæ prolixitatis causa omittuntur, afferendum tamen hic placet, quod habetur in tertio Nocturno Feriæ quartæ

1. *Recensentur Authoritates pro existentia Purgatorij.*

ܒܟܠܙܒܢ ܗܘܐ ܠܟܠ ܩܘܪܒܐ ܕܢܬܕܟܪܘܢ ܡܝ̈ܬܐ
ܒܩܘܪܒܢ

De Purgatorio.

ܒܩܘܪܒܢ ܐܪ̈ܐ ܕܡܩܪܒܐ ܥܕܬܐ ܚܠܦܝܗܘܢ
ܚܕܝܢ ܡܝ̈ܬܐ ܒܗܘ ܩܘܪܒܢܐ ܕܥܒܕܝܢ ܚ̈ܝܐ
ܘܪ̈ܓܫܝܢ ܒܫܝܘܠ ܒܕܡܐ ܚܝܐ ܕܚܠܦܝܗܘܢ.

Notum est omni Prudenti, quod mortui suffragijs adiuuentur oblatione Misterij, quam offert Ecclesia pro eis, gaudent Mortui oblatione, quam faciunt viui, & sentiunt in Inferis Sanguinem viuum pro eis.

Gregorius Barebræus lib. Splendorum tract. 7. cap. 3. sect. 3. ait

ܠܢܦܫ̈ܬܐ ܕܡܗܝܡ̈ܢܐ ܐܢ ܠܐ ܡܬܛܡܫ̈ܢ ܡܢ
ܚ̈ܛܗܐ ܘܚܕܘܬܐ ܪܘܚܢܝܐ ܗܘܐ ܒܡܨܥܝܘܬܐ ܕܨܠܘܬܐ
ܕܚܠܦܝܗܝܢ ܘܐܢ ܡܬܛܡܫ̈ܢ ܒܡܨܥܝܘܬܐ ܕܨܠܘܬܐ
ܕܚܠܦܝܗܝܢ ܝܬܝܪ ܡܬܬܣ̈ܝܢ ܠܡܕܒܪܢܘ
ܠܡܫܬܪܝܘܬܗܝܢ ܡܢ ܚ̈ܛܗܐ ܘܡܫ̈ܬܒܩܢ
ܕܝܠܗܝܢ. ܐܝܟ ܦܬ̈ܓܡܐ ܕܐܢ̈ܫܝܢ ܡܫܡܫ̈ܢܐ
ܡܕܢ̈ܚܐ ܢܦܩ̈ܝܢ ܠܗܠ ܦܘܪܢܣܐ. ܠܗ ܕܝܢ
ܘܠܐܪܐ ܕܐܝܟ ܗܘ ܕܡܠܠ ܡܢ ܚ̈ܛܗܐ ..

Animabus fidelium, nisi fœdatæ existant, aliquod gaudium Spirituale est mediantibus Orationibus pro eis, & si fœdatæ existant mediantibus Orationibus pro ipsis magis curabunt

bunt

bunt expolire sua specula à maculis, quæ illis adhærent, & immersorum instar auxilium expectantium à suis Socijs, mouent se ad salutem, ego enim maximum iuuamen agnosco ex Orationibus.

Ioannes item Darensis lib. 4. cap. 24. sic scribit

ܐܠܨܐ ܕܐܦ ܢܦܫܐ ܒܢܘܪܐ ܬܥܘܠ ܥܕܡܐ ܕܛܘܠ
ܫܐ ܘܫܘܦܥܐ ܕܥܒ̈ܕܐ ܣܢܝ̈ܐ ܕܟܢܝܫܝܢ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢܘܪܐ ܗܘ ܢܬܕܟܘܢ ..

Necesse est, vt etiam Anima ingrediatur ignem, quousque Pollutio, & effusio Operum odibilium, quæ in ipsa congregata sunt, eo igne purificentur. Nullum ergo apud Syros dubium extat dari suffragia pro Defunctis, & locum esse, in quo Animæ post hanc vitam purgentur.

Quinimo hunc locum in quo Animæ purgantur admittunt ipsi Mahometani, qui pro suis Defunctis non solum Eleemosinas erogant quamplurimas, sed enixè pro illis preces ad Deum fundunt, vti legitur in quodam illorum Codice, cuius titulus est

2. Locum in quo purgantur Animæ, admittunt ipsi Mahometani.

كتاب الدقايق العظيم فى علم الحديث والحقايق ۞

Liber

De Purgatorio. *Liber Subtilitatum, magnus in Scientia Sermonum, & Veritatum:* vbi cap. de Defunctis ſic pro illis orant.

اللهم روّح ارواحهم ونوّر قبورهم واغسلهم بالماء والثلج
وبرّد حرارتهم ونقيهم من الخطايا كما نُقيـــــى
الثوب الابيض من الدنـــــــس ۞

Deus requieſcere fac animas eorum, & illumina Sepulcra eorum, & ablue eos aqua, & niue, & refrigera calores eorum, & munda eos à peccatis, ſicut mundatur veſtis alba à ſordibus, & poſt pauca

وابدله دار اخير من داره واهلا خيرمن اهله وادخله
الجنة ونجّيه من فتنة القبر واعذاب النار برحمتـــك
وكرمك يا ارحم الراحميـــــن ۞

Et commuta domicilium eius in melius domicilium, & in familiam meliorem adſcribe illum, & introduc eum in Paradiſum, & libera eum á tentationibus ſepulcri, & cruciatu ignis per miſericordiam, & gratiam, & liberalitatem tuam ò miſſericordiſſime miſericordum.

Quia verò incidimus in oblationis Myſterium, quo Mortuis ſuffragatur,

Ope.

Opere prætium erit aliquid de Sacrificio Missæ subtexere.

CAP. IV. De Sacrificio Missæ, & de Syrorum Liturgijs.

Suprà quadraginta apud Chaldæos extant Liturgiæ, ex his autem tres sunt Apostolorum, nimirum vna S. Iacobi, duæ S. Petri, & vna S. Ioannis Euangelistæ, sunt prætereà aliæ duæ nomine omnium Apostolorum, quarum vna Maior, & alia Minor nuncupatur; Cæteræ verò alijs Patribus attributæ sunt, qui iuxtá ordinem, ac dispositionem Liturgiarum Apostolorum, & præsertim illius S. Iacobi, quæ fuit omniū Prima, suas contexerunt, hincq; alia Xysti Papæ, alia Cyrilli, alia Eusthatij, alia Chrisostomi, alia Marutæ, alia Matthæi Pastoris, & sic de singulis, dictæ sunt, quod innuit Ioannes Maro in expositione Liturgiæ Sancti Iacobi cap. 21.

ܩܘܪܒܢܐ ܕܡܪܢ ܝܥܩܘܒ ܫܠܝܚܐ ܕܩܕܝܡ
ܠܟܠܗܘܢ ܩܘܪܒܐ ܘܥܠܘܗܝ ܡܬܛܟܣܝܢ
ܟܠܗܘܢ ܕܩܘܪܒܐ..

Liturgia S. Iacobi Apostoli omnium Liturgiarum antiquissima est, ideòque iuxtà illius ordinem suas disposuerunt cæteri.

Hæ-

De Sacrificio Missæ.

1\. *Probatur contra Nouatores celebrationem Eucharistiæ esse Sacramentum.*

Hæretici huiusce temporis etiam si concedant celebrationem Eucharistiæ, quæ à Christo instituta est, negant tamen vocari posse Sacrificium: ita Becanus in Compend. Controuers. cap. 10.

Ioannes autem Maro contra illos insurgit lib. 2. in Expositione, & commento præfatæ Liturgiæ S. Iacobi c. 2. vbi loquens de varijs nominibus, quibus à Syris Missa vocatur, eam vocat ܕܒܚܬܐ *Debahhto* hoc est *Sacrificium*, quod & alij Patres Syri idem asserunt, sed antequam vlterius procedamus, sciendum est multa, & varia inueniri nomina apud Patres, & Scriptores Syros à Sacris litteris potissimum desumpta, quibus Missam solent appellare, quorum meminit dictus Ioannes Maro lib. 2. de oblatione Sacrificij cap. 2. alijque Syri Scriptores, qui de hac materia scripserunt. Itaque primo apud prædictos Authores Missa dicitur ܩܘܪܒܢܐ *Quorobo oblatio*, seu *Accessio* à verbo ܩܪܒ *Qareb obtulit*, seu *accessit*, secundo ܟܢܘܫܝܐ *Knuscio Congregatio* á verbo ܟܢܫ *Kanesc congregauit*,

2\. *Proponuntur varia nomina, quibus Missa à Syris nuncupatur.*

gauit, tertio ܬܫܡܫܬܐ *Tescemesceto Ministerium* à verbo ܫܡܫ *Sciamesch ministrauit*, quarto ܬܘܕܝܬܐ *Taudito Confessio*, vel *gratiarum Actio* à verbo ܐܘܕܝ *Audi Confessus est*, vel *gratias egit*, quinto ܒܘܪܟܬܐ *Burechto Benedictio* à verbo ܒܪܟ *Barech benedixit*, sexto ܩܘܕܫܐ *Qudscio Sanctificatio* à verbo ܩܕܫ *Qadesc Sactificauit*, septimo ܩܨܝܐ *Qesto Fractio* à verbo ܩܨܐ *Qso Fregit*, octauo ܕܒܚܬܐ *Debahhto Sacrificium* à verbo ܕܒܚ *Dabahh Sacrificauit*.

3. *Missa cur nuncupetur Oblatio.*

Primo ܩܘܪܒܢܐ *Oblatio* Missa dicitur, vt potè in illa ipsemet Christus Dominus noster ab Ecclesiæ Sacerdotibus quotidiè Deo Patri offertur in oblationem incruentam, & immaculatam super Mensam Altaris, quæ Cruentam illam in Ligno Crucis peractam repræsentat, de qua Isaias ait: *Oblatus est, quia*

De Sacrificio Missæ. *ipse voluit*, & Paulus Apostolus *Christus* inquit, *per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo*; Item, *Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata*.

Item dicitur ܩܘܪܒܐ *Accessus*, vt potè per eum, & in eo nos omnes Christi fideles ad mutuam Pacem, & Concordiam, Animorumque reconciliationem, nec non & ad sumptionē Corporis, & Sanguinis Domini accedimus, per quem itidem ad Deum accedimus dicente Apostolo Eph. 2. 18. Rom. 5. 2. *Per quem accessum habemus in vno Spiritu ad Patrem*, ad primum Accessum inuitat Populum fidelem adstantem Minister Sacerdotis in Missa tempore Pacis, dum dicit prout in libro Ministri

ܘܗܒܘ ܟܠܢܫ ܠܩܪܝܒܗ ܫܠܡܐ ܒܚܘܒܐ
ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܪܥܝܢ ܠܐܠܗܐ ܀

Vnusquisque det Pacem proximo suo cum Charitate, & fide, quæ Deum placant.

Ad secundum accessum tempore Communionis idem Minister inuitat dicens

ܗܘ

ܗܢܘ ܟܣܐ ܕܡܙܓܗ ܡܪܢ ܥܠ ܪܫ ܨܠܝܒܐ .
ܩܪܘܒܘ ܡܝܘܬܐ ܐܫܬܘ ܡܢܗ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܛܗܐ .

Hic est Calix, quem commiſcuit Dominus noſter ſuper verticem Crucis, Accedite mortales, bibite ex eo in remiſſionem Delictorum.

Secundo *Conuentus*, ſeu *Congregatio*, *Miſſa* vocatur, tum quia mediante eadem omnes fideles in vnum conueniunt, & congregantur in Dei Eccleſia ad preces Deo fundendas, & ad participandum de Diuinis Myſterijs iuxtà illud Apoſtoli 1. Cor. 11. 20. *Conuenientibus ergò vobis in vnum iam non eſt Dominicam cænam manducare*; tum quia ex eiuſmodi fidelium conuentu, & Congregatione corporali, nec non & Diuinorum Myſteriorum participatione in Miſſa, fit, vt conueniant, & congregentur ſpiritualiter, hoc eſt ſecundum mutuam Animorum concordiam, & coniunctionem, vnionemque cum Deo, ex quo efficitur, vt fideles omnes vnum inuicem, & ſimul cum Chriſto efficiantur, eiuſque fiant membra, eiuſdemque Deitatis Partici-

4. *Cur nuncupetur Conuentus, ſeu Congregatio.*

De Sacrificio Missæ.

pes, vnde Damascænus lib. 4. de Fide Ortodoxa cap. 14. loquens de Sacrameto Corporis, & Sanguinis Domini, quod in Missa peragitur ait: *Hoc Sacramentum Christo nos copulat, atque eius Corporis, & Deitatis participes efficit, nosque inter nos in eodem Christo conciliat, & coniungit, & veluti vnum Corpus coagmentat:* Et Paulus Apostolus 1. Cor. 10. 17. *Quoniam*, inquit, *vnus Panis, vnum Corpus, multi sumus omnes, qui de vno Pane participamus.*

5. *Cur vocetur Ministeriũ.*

Tertio *Ministerium* Missã appellatur, quia Sacerdos, est Minister principalis ipsius Dei, & fungitur in Sacrificio Corporis, ac Sanguinis Domini summo officio, ac munere, quod officium, & munus est ipsa Missa, vnde Nazianzenus eandem Missam vocat *Mystagogiam*, hoc est Summum Ministerium, quo videlicèt maius, ac præstantius Ministerium in Ecclesia Dei exerceri, & exhiberi non potest; hinc est, quod omnia Sacrificia, omnesque oblationes, & Ceremoniæ, ac Ritus, qui tam à Summo Sacerdote, quam à Sacerdotibus, & Leuitis exercebantur in veteri lege in hono-

norem, & cultum Diuinum, Miniſteria vocabantur, quæ hoc Summum Miniſterium veluti Vmbræ quædam, ac figuræ repræſentabant, ac figurabant, ideòque in lib. Diui Ephrem, nec non in Liturgijs Sancti Ioannis Euangeliſtæ, & Sancti Marci ſæpè loquentes de Sacrificio Miſſæ, hoc nomine *Miniſterij* vtuntur.

Quarto *Confeſſio*, ſeu *Gratiarum Actio* vocatur, quæ vox à duobus Euangelijs Marci ſcilicet 14. 23. & Lucæ 22. 17. deſumpta eſt, in quibus legimus, Chriſtum Dominum noſtrum in Cœna vltima Paſchali, in qua Paſcha cum diſcipulis ſuis manducauit, Sanctiſſimumq; Euchariſtiæ Sacramentum inſtituit, accepiſſe Panem, & Vinum, gratiaſque egiſſe vnde Eccleſia Syra Miſſam hoc nomine ܬܘܕܝܬܐ *Confeſſionis*, ſeu *Gratiarum Actionis* appellat, quia in ea fidelis Populus Diuinis participat Myſterijs, & conſequenter quam maxime Deo gratias agit pro tot, tantiſque beneficijs, & gratijs à Deo ipſis collatis mediante Miſſæ Sacrificio; Quamobrem ſi verè, ac attentè conſiderare velimus ea omnia,

6. Cur appelletur Confeſſio, ſeu Gratiarũ actio.

De Sacrificio Missæ. quæ in Missa fiunt, ac dicuntur, nil aliud significare, ac continere prospiciemus, nisi memoriam Dominicæ Passionis, & Mortis pro nostra salute in Crucis ligno peractæ; nec non Confessiones, & Gratiarum Actiones pro tanto beneficio humano generi à Deo collato.

7. *Cur dicatur Benedictio.* Quinto *Benedictio* Missa dicitur, quæ vox similiter à duobus Euangelistis Matthæo scilicèt 26.26. & Marco 14.22. desumpta est, apud quos legimus, Dominum Panem accepisse, eundemque benedixisse, nec non, & ab Apostolo 1. Cor. 10. 16. dicente: *Calix Benedictionis, cui benedicimus nonne Communicatio Sanguinis Domini est?* Super quo notandum hîc est, nomen *Benedictionis* accipi, ac vsurpari ab Apostolo pro nomine Missæ, imò idem esse dicere Calicem Benedictionis, ac Calicem Missæ; Cum Calix, de quo hîc Sermonem instituit Apostolus, sit Calix Sanguinis Domini, vt ipsemet testatur, & hic idem Calix Sanguinis Domini sit oblatio, & Missæ Sacrificium, vndè patet manifestè secundùm Apostolum idem esse dicere Calicē Benedictionis, & Calicem Missæ; Vndè

Sa-

Sacerdos Christi vicem, ac personam gerens in Missa, cum Panem, & Vinum in Corpus, & Sanguinem Domini Nostri consecrat, eadem prius benedicit, eo prorsus modo, quo legimus Dominum nostrum Panem, & Vinum benedixisse, eademque in suum Corpus, & Sanguinem consecrasse; Imò Sacerdos in Missa non solum Sacra Altaris dona benedicit, sed Populum adstantem, Terram, & fruges, fructusque eius multoties benedicit, & ea omnia, quæ in Missa fiunt, & dicuntur tam à Sacerdote, quam à Ministro, Populoque fideli adstante, sunt prorsus benedictionibus plena.

8. *Cur nuncupetur Sanctificatio, seu Consecratio.*

Sexto *Sanctificatio*, seu *Consecratio*, tum quia in illa fit Sanctificatio, ac Consecratio Panis, & Vini suprà Mensam Altaris à Sacerdote in Corpus, & Sanguinem Domini, tum quia Populus fidelis Diuinis consecratur, & Sanctificatur Mysterijs, & consequenter de Cœlestibus participat Donis, quæ in eadem Missa Spiritus Sanctus vnicuique fidelium iuxtà eorundem dispositionem, & meritum solet conferre.

De Sacrificio Missæ. 9. *Cur vocetur Fractio.*

Septimo *Fractio* quæ à tribus Euangelistis desumpta est, à Matthæo scilicet 26. 26. Marco 14.22. & Luca 22.17. in quibus legimus Dominum, Panem benedixisse, atque fregisse, & in Actis Apostolorum 2.24. *Erant permanentes in doctrina Apostolorum, & Communione fractionis Panis, & Orationibus*: vbi Textus Syriacus legit. ܘܒܩܨܝܐ ܕܐܘܟܪܣܛܝܐ *Et in fractione Eucharistiæ*, vt suprà part. 2. capite 4. Vlteriùs Missa dicitur *fractio*, vtpotè in ea frangitur Corpus Domini à Sacerdote super Mensam, & Altaris Conuiuium, de quo proinde fideles participant omnes, vndè Apostolus Cor. 70. 16. ait, *Et Panis, quem frangimus non ne participatio Corporis Domini est?*

10. *Cur appelletur Sacrificium.*

Octauo tandem *Sacrificium* vocatur, de quo abs re non erit hic apponere expositionem Ioannis Maronis, quæ legitur in capite supracitato

ܘܕܒܚܐ ܡܬܩܪܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܒܚ ܗ̄
ܢܟܣ ܢܟܣܬܐ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܡܫܠ ܕܫܘܠܡܐ
ܐܬܩܪܒ. ܘܡܬܩܪܒ ܠܐܒܐ ܡܫܝܚܐ
ܐܠܗܐ.

ܐܘܟܝܬ ܐܢܫܐ ܗܠܝܢ ܠܐ ܕܒܚܬܐ ܡܬܬܦܝܣܐ ܗܘܐ
ܕܒܚ ܢܟܣܬܐ ܘܫܠܡܐ ܕܬܘܕܝܬܐ ܘܕܠܘܬܐ
ܘܕܚܘܒܐ ܗܘܝܐ ܗܘܐ ܘܟܠܗ ܡܬܬܦܝܣܝܢ
ܗܘܘ ܦܘܠܚܢܐ ܘܬܠܬܗ ܡܬܩܢܝܢ ܢܡܘܣܐ. ܕܟܠ
ܕܒܚܬܐ ܐܝܬܝܗ ܗܝ ܕܢܟܣ ܗܘ ܡܬܚܫܒܐ
ܒܙܒܢܐ ܕܠܗ ܕܫܦܝܪܐ ܗܘܐ ܕܒܚܬܐ
ܡܬܩܪܝܐ. ܕܟܠ ܕܒܚܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܩܘܪܒܢܐ
ܗܘܐ ܕܡܢ ܒܥܝܪܐ ܘܡܢ ܥܠܐ ܕܣܡܕܐ ܘܡܫܚܐ ܡܢ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܝܢ ܗܘ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܪܢܐ
ܕܐܬܕܒܚ ܚܠܦ ܥܠܡܐ ܘܒܟܠܗ ܩܘܪܒܢܐ
ܘܡܬܩܪܒ ܒܟܠܝܘܡ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܥܕܬܗ
ܘܕܒܚܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܬܬܦܝܣܢܘܬܐ ܘܡܬܬܦܝܣܢܘܬ
ܟܠܗܝܢ ܒܢܝܐ ܠܚܘܒܐ ܘܫܘܒܚܐ ܘܠܬܘܕܝܬܐ
ܕܡܪܝܐ ܐܝܟ ܡܢܝܢܗ ܘܡܢܐ ܕܚܘܒܐ ܘܐܝܟ
ܦܘܪܣܢ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚ. ܘܗܘܝܘ ܚܝܠ
ܕܡܐ ܕܡܫܝܚ. ܡܬܐܡܪܐ ܕܝܢ ܕܒܚܬܐ ܗܘܐ ܕܠܐ
ܕܡܐ ܐܝܟ ܕܒܦܘܪܫܢܐ ܕܡܢ ܗܢܐ ܢܡܘܣܐ
ܕܒܡܐ ܡܬܬܦܝܣܐ ܗܘܐ ..

Sacrificium ex verbo Sacrificauit, hoc est mactauit desumptum, & est nomen genericum, atque copulatiuum, & diuiditur in plu-

De Sacrificio Missæ. *plures species, in hos videlicet modos. Primo Sacrificium dicebatur illud, quod per mactationem, & Sanguinem hircorum, & Taurorum fiebat, eoque vtebantur Antiqui, & de eo præcipiebat lex; Secundo Sacrificium est illud, quod obtulit Christus in Cruce, quod figurabat Sacrificium Vmbratile; Tertio Sacrificium est oblatio hæc ex Pane, & Permixtione Vini, & Aquæ, dum idem est Corpus, & Sanguis Domini, quod fuit Sacrificium in ligno Crucis, & Sacrificatur quotidiè super Altare, & ex eodem Sacrificium appellatum est, & frangitur, ac datur per manus Sacerdotum in remissionem debitorum, atque Peccatorum iuxtà Verbum Domini Veritatis dicentis, hoc est enim Corpus meum, & hic est Calix Sanguinis mei; dicitur enim Sacrificium hoc incruentum, vt differat à Sacrificio legali, quod per Sanguinem complebatur.*

11. *Probatur de ratione Sacrificij esse, vt à Sacerdotibus fiat, cum consumptione rei sensibilis.*

Neque hic audeant respondere Melancton, Caluinus, alijque huius generis, Coriphæi, vt notat Bellarminus omne opus bonum ad Dei honorem factum, omnemque oblationem Deo factam, Sacrificium dici; Commune nempe est apud Syros de ratione Sacrificij esse, vt à Sa-

à Sacerdotibus fiat, cum conſumptione rei ſenſibilis, quæ offertur; & ad excludendum ea, quæ de oblatione ſupracitati Hæreſiarchæ depraedicant, indubitanter aſſerunt, oblationem Sacrificij, & Sacerdotem eſſe relatiua, teſte eodem Ioanne Marone lib. 2. cap. 1. de oblatione Sacrificij

ܠܡܬܝܗܒܘ ܟܗܢܘܬܐ ܕܠܐ ܕܒܚܬܐ ܘܠܐ ܕܒܚܬܐ
ܕܠܐ ܟܗܢܘܬܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܠܐ ܬܪܬܝܗܘܢ ܘܠܐ
ܕܠܐ ܟܗܢܘܬܐ ܘܕܒܚܬܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܡܝܕܥܬܐ
ܫܪܝܪܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܛܠ ܕܩܘܪܒ ܩܘܪܒܢܐ
ܒܝܕ ܟܗܢܘܬܐ ܡܫܬܡܠܐ ܠܗܢܐ ܩܕܡܝܢ ܐܪܙܐ
ܕܟܗܢܘܬܐ ܠܐܪܙܐ ܕܩܘܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ..

Nequit enim dari Sacerdotium ſine Sacrificio, neque Sacrificium ſine Sacerdotio, neque fides ſine ambobus, neque ſine Sacerdotio, Sacrificio atque fide, vera cognitio Dei, & quoniam oblatio Sacrificij mediante Sacerdotio perficitur, propterea Miſterium Sacerdotij, Miſterio Oblvtionis Sacrificij præmiſimus.

Quod autem hoc Sacrificium debeat eſſe res ſenſibilis, & poſtea conſumpta deducitur ex ſuprà deductis in expli-

ca-

catione nominis *Sacrificij* , vbi idem Author dicit

ܘܕܒܚܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ ܕܡܢ ܠܚܡܐ
ܘܡܘܙܓܐ ܕܚܡܪܐ ܘܡܝ̈ܐ ..

Sacrificium est oblatio hæc ex Pane, & permixtione Vini, & Aquæ, en sensibilitas, & paulò inferius subdit

ܘܡܬܩܨܐ ܘܡܬܝܗܒ ܒܐܝ̈ܕܝ ܟܗ̈ܢܐ
ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܘ̈ܒܐ ܘܕܚܛ̈ܗܐ ..

Et frangitur, ac datur per manus Sacerdotum in remissionem debitorum, & peccatorum, en consumptio, quid hoc clarius, quid luculentius?

Ne autem declinemus ab his, quæ ad Dei Ecclesiam pertinent, aliqua hic placet deliberare de Adoratione Crucis, & de Cultu Sanctorum, qui fit in Ecclesia.

CAP. V. De Adoratione Crucis ex Ritu Maronitarum.

Crucis honorem, ac Adorationem detestati sunt wiclefistæ apud Thomam waldensem tom. 3. tit. 20. Caluinus lib. 1. Institutionis capite 11. §. 7. Magdeburgenses Cent. 4. c. 4. & alibi quod adeo omnes Chaldæi detestantur , vt Cru-

cem

cem humillimè adorent, atque oſculentur.

In Ritu enim Maronitarum, qui dicitur,

ܛܟܣܐ ܕܣܓܕܬܐ ܕܙܩܝܦܐ ..

Ordo de Adoratione Crucis, qui ritus fieri ſolet die Veneris Sanctì, hæc leguntur in fine primi Cantus

ܣܓܕܝܢܢ ܡܪܢ ܠܙܩܝܦܟ ܕܒܗ ܩܝܡܬܢ
ܘܒܗ ܢܘܚܡܢ ܘܒܗ ܗܘ ܗܦܟܢ ܠܦܪܕܝܣܐ
ܗܘ ܕܐܘܒܕܢ ܒܣܟܠܘܬܢ. ܒܪܝܟܘ ܩܝܣܐ
ܕܙܩܝܦܐ ܕܦܪܩ ܠܥܡ̈ܡܐ ܕܠܗܘܢ ܡܢ ܛܘܥܝܐ

Adoramus Domine Crucem tuam, per quam eſt noſtra reſurrectio, & reſuſcitatio, & per ipſam reuerſi ſumus in Paradiſum, quem amiſimus noſtra culpa, benedictum eſt lignum Crucis, quod gentes liberauit à ſeductione. Similiter in alio Cantu ſupradicti ritus habetur ſic

ܗܐ ܣܓܕܐ ܠܗ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܠܩܝܣܐ ܡܝܩܪܐ ܕܙܩܝܦܐ.

En adorat Eccleſia Sancta lignum Venerabile Crucis, item in Cantu *lætamini Iuſti*, legitur

ܚܕܘ

De Adoratione Crucis.

ܩܪܘܒܝ ܥܕܬܐ ܒܪܘܟܝ ܘܣܓܘܕܝ ܠܗ
ܠܢܝܫܐ ܚܝܐ ܕܨܠܝܒܐ ܕܚܬܢܟܝ
ܘܩܥܝ ܩ̈ܠܝܢ ܕܫܘܒܚܐ ܠܗܘ ܕܒܚܘܒܗ
ܐܙܕܩܦ ܥܠܘܗܝ ܡܛܠܬܟܝ. ܗ̄ ܘܦܪܩܟܝ
ܒܕܡܗ. ܠܨܠܝܒܟ ܒܪ ܐܠܗܐ ܣܓܕܐ
ܥܕܬܐ ܕܒܗ ܐܬܦܪܩܬ ܡܢ ܛܘܥܝܐ ܀

Accede Ecclesia genuflecte, & adora signum viuificum Crucis Sponsi tui, & clange voces laudis illi, qui mediante suo amore crucifixus est super illud propter te, Alleluia, & liberauit te in Sanguine suo; Crucem tuam Fili Dei adorat Ecclesia, per quam liberata est à seductione. Item post Processionem Crucis in Templo iterum illam super Sedem imponunt, eandemque duo Presbyteri, & duo Diaconi circumdant in formam Crucis, cantantque de Christo

ܩܕܝܫܬ ܐܠܗܐ ܩܕܝܫܬ ܚܝܠܬܢܐ ܩܕܝܫܬ ܠܐ ܡܝܘܬܐ
ܕܐܙܕܩܦܬ ܚܠܦܝܢ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ ܀

Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis, qui Crucifixus es pro nobis miserere nobis, quem Hymnum ter recitant, terque Crucem adorant in prolatione,

Qui

Qui Crucifixus es pro nobis miserere nobis. Quod & faciunt similiter omnes Clerici, & Populus adstans, osculantes Crucem, eandemque adorantes.

In Ritu Processionis eiusdem Crucis in Cantu

ܠܡܪܝܡ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܀

Ad Mariam Genitricem Dei, hæc leguntur

ܒܥܕܬܐ ܕܣܓܕܐ ܠܙܩܝܦܟ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܬܫܪܐ
ܫܝܢܐ ܘܚܘܒܐ ܕܠܐ ܦܠܓܘܬ ܙܠܝܩܐ ܡܚܝܢܐ
ܕܐܬܟܣܝ ܡܢ ܛܪܘܢܐ ܒܥܡܐ ܠܝܛܐ ܕܝܗ̈ܘܕܝܐ
ܣܢ̈ܝ ܩܘܫܬܐ ܐܙܠܝ ܒܗܘܪܗ ܐܝܟ ܫܡܫܐ
ܠܐܪ̈ܒܥ ܦܢܝ̈ܢ ܗܘܐ ܕܥܠܡ̈ܐ ܡܕܢܚ ܠܐܦܘܗ
ܕܗܘܡܢܘ̈ܬܐ ܙܠܝܩܐ ܚܝܐ ܘܐܬܒܠܝ ܕܗܘܡܢܘ̈ܬܐ
ܒܫܡܗ ܡܫܒܚܐ ܘܡܚܘܝܢ ܒܫܘܒܚܗ ܢܘܗܪܐ ܠܟ
ܫܘܪܐ ܕܩܘܫܬܐ ܕܗܘܬ ܠܥܕܬܐ ܘܒܗ
ܕܒܫܡܗ ܢܬܦܨܐ ܡܢ ܒܝܫܬܐ ܀

In Ecclesia, quæ adorat Crucem tuam Fili Dei habitet Pax, & Charitas absque diuisione, splendor Crucis viuificæ, quæ operta est à Tyrannis Populo maledicto Iudeorum veritatem odientium, tamquam Sol effulsit in quatuor Mundi plagis, & en Gentes celebrāt ipsius

De Adoratione Crucis.

ipsius Festiuitatem cum fide, signum Regis, quod venerati sumus cum studio, sit nobis munus miserationum in hoc Mundo, & in illo futuro liberemur à Gehenna.

Cælebris est casus S. Mariæ Ægyptiacæ á Sofronio narratus, quæ ab Ægypto ad solemnitatem Adorationis S. Crucis Hyerosolimis celebrandam nauigauerat, & cum Templum ingredi vellet ad præstandum cum cæteris cultum S. Crucis, prohibita fuit Diuina manu, tamquam impœnitens, sed cum posteà peccatorum suorum veniam Deum suppliciter rogasset, liberum ad Crucis Adorationem aditum obtinuit; neque verò apud Maronitas tantum solemnis celebratur veneratio Crucis, sed omnibus Christiani Orientis Nationibus est ingenita, extat apud Iacobitas integrum Officium de Crucis Inuentione, & Exaltatione, in quo repetitis præconijs hæc eadem Crucis Adoratio Christianis omnibus inculcatur. Quid de Melchitis referam? in quorum Ecclesijs maxima Christi Crucifixi effigies super Regias Portas adoratur, vt mihi videre licuit in

1. *Idem confirmatur circa Adorationem Crucis ex Ritibus Iacobitarum, & Melchitarũ.*

in maioribus eorum Ecclesijs, cum in Oriente versarer.

Lutherus in Sermone de Cruce, & Caluinus in lib. de reformandæ Ecclesiæ necessitate, & in admonitione de reliquijs, sententiam Eunomij, & Vigilantij excitantes, reliquiarum Sanctarum cultum repræhenderunt, contra quos Chaldæorum insurgit Ecclesia, legitur enim in lib. Minist. Missæ Maronitarum CAP. VI. De Reliquiarum Cultu.

ܣܗ̈ܕܐ ܕܠܐ ܣܡܬܘܢ ܒܣ̈ܡܐ ܩܕܡ ܦ̈ܬܟܪܐ
ܣ̈ܪܝܩܐ ܘܠܐ ܡܘܬܪ̈ܢܐ ܡܠܟ̈ܐ ܡܪܝܡܝܢ
ܬܐܓ̈ܝܗܘܢ ܡܢ ܪ̈ܝܫܝܗܘܢ ܘܣܓܕܝܢ
ܩܕܡ ܓܪ̈ܡܝܟܘܢ ܗ̄ܠ ܨܠܘܬܟܘܢ ܥܡܢ ܀

Martyres, qui non obtulistis thura coram vanis Idolis inutilibus, Reges eleuant sua Diademata è Capitibus suis, adorantque coram ossibus vestris, Alleluia, Oratio vestra sit nobiscum.

In Officio feriali eorumdem in Nocturno feriæ secundæ in Oratione Sancti Ephrem, hæc leguntur

ܗܐ ܡܠܟ̈ܐ ܠܟܘܢ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ ܣܓܕܝܢ ܣܘܓܕܬܐ
ܒܫܘܒܚܐ ܀

En Reges cum Iudicibus adorant coram Ossibus vestris, quem cultum innuit Clem. I. in lib. Coustitut. Apostolic. cap. 30. ex Apostolorum traditione : *Eorum, qui in Deo viuunt, nec Reliquiæ sine honore manent*. Consonant Maronitarum traditioni Iacobitæ, qui innumeris locis suorum officiorum hanc Sāctorum Corporum venerationem deprædicant; In Officio S. Thomæ sic introducunt, Christum ad Thomam loquentem

ܢܐܬܘܢ ܡܠ̈ܟܐ ܠܣܓܕܬܟ ܘܕ̈ܝܢܐ ܠܡܣܓܕ

ܣܘܓܕܢܟ ܒܝܘܡܐ ܕܥܐܕܟ

Venient Reges ad te venerandum, & Iudices ad adorandum te in die festiuitatis tuæ : De Melchitis, & Nestorianis testis possum esse oculatus, quorum innumeram multitudinem ad Martyrum templa etiam remota confluentem Egomet vidi, qua in solemnitate solent etiam cōuiuia Pauperibus apparare, & consuetas à *SS.* Patribus agapes instruere.

CAP. VII. De Cultu Sanctorum.

Ex reliquiarum Adoratione deducitur manifestè Sanctorum Cultus, quem damnant omnimodè Nouatores, ac nolunt Sanctis construi posse Templa; sed

illa

illa tantum Templa admittunt Lutherani, & Caluinistæ, quæ ad concionandum tantummodo, & ad Sacramenta ministranda inseruiunt, non autem illa, quæ ad Sacrificandum Deo, ad orandum, & ad conseruandas Reliquias à Catholicis eriguntur, immò repræhendunt, quod fiant ab istis Templa ad orandum, in honorem Sanctorum, quod consecrentur certo ritu, & quod magnis sumptibus ornentur, vt videre est apud Cardinalem Bellarminum lib. 3. de Cultu Sanctorum cap. 1.

Hi profectò in hunc errorem forsan non incidissent, si Syriam oculatè perlustrassent, vbi innumera propemodum, ac immemorabilis planè antiquitatis Tēpla in honorem multorum Sanctorum constructa, solemni ritu consecrata (vt patet in Syrorum Ritualibus de Consecrationibus Ecclesiarum) atque pro viribus ornata perspexissent, in quibus piè, ac deuotè Sacrosanctum Missæ celebratur Sacrificium, effunduntur præces, Officia propria Sanctorum, quæ in dies occurrunt, recitantur, eorumque festiuitates sūmo recolūtur honore, innumero-

1. *De Templis in honorem Sanctorum.*

De Cultu Sanctorum. que Populi concursu, idque colligitur ex Maronitarum Breuiario in ferialē, quadragesimalem, æstiuam, ac hyemalem partē diuiso, in quo Officia propria Sanctorum leguntur, quæ non nisi in Ecclesijs, vt plurimum recitantur, illosque Syri quotidiè inuocant, vti clarè legenti, & eorum Ecclesias inuisent patebit; mirum ergò non erit, si in eorum officijs fideles excitentur ad illos inuocandos, eorumque Reliquias adorandas, vti legitur in Officio Sancti Stephani Protomartyris ad Matutinum

ܘܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܚܕܘܬܐ ܐܬܟܢܫܘ ܕܢܬܒܪܟܘܢ
ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܕܓܪܡܝܟ ܢܫܬܘܘܢ ܠܛܒܬܐ
ܕܡܠܝܟܢ ܠܟ ܀

Et omnes illi, qui cum gaudio congregati sunt, vt benedicantur ex Thesauro Ossium tuorū, digni efficiantur bonis, quæ tibi promissa sūt. In Officio item Sancti Iacobi Intercisi ad Vesperas habetur

ܛܘܒܝܟ ܕܟܠ ܥܡܡܝܢ ܓܘܣܝܢ ܒܓܪܡܝܟ
ܕܢܣܒܘܢ ܥܘܕܪܢܐ ܠܐܒܕܢܝܗܘܢ ܒܗ ܠܥܠܡܐ

Beatus es, quoniam Populi confugiunt ad

Ossa

Oſſa tua, vt accipiant auxilium doloribus eorum occultis, & manifeſtis; Sed & antiquiſſimum habemus huius veritatis aſſertorem Iacobum Niſibitam in Hymno de *SS. Samone*, & *Guria*, qui in Bibliotheca Maronitarum proſtat, ibi enim hæc concinit

ܫܡܘܢܐ ܥܘܬܪܢ ܥܬܝܪ ܐܢܬ ܗܘ ܡܢ ܥܬܝܪ̈ܐ
ܕܗܐ ܥܬܝܪ̈ܐ ܥܠ ܬܪܥܟ ܩܝܡܝܢ ܕܢܣܬܡܟܘܢ ܒܟ

Samone opulentia noſtra, opulentior tu es diuitibus: Ecce enim diuites ad fores tuas ſtant vt ſuſtentes eos. Sed clariora adhuc ſunt ea, & Sanctarum reliquiarum deriſoribus magis infeſta, quæ de Syrorum omnium ſingulari cultu erga laudati Martyris ædem ſubiungit

ܗܐ ܕܝ̈ܢܐ ܒܐܣܛܠܝ̈ܗܘܢ ܘܒܡܥܛܦ̈ܝܗܘܢ ܥܦܪܐ
ܢܣܒܝܢ ܡܢ ܐܣܟܘܦܬܟ ܐܝܟ ܣܡ ܚ̈ܝܐ ܀

Ecce Iudices in veſtibus, & pallijs ſuis efferunt puluerem de limine tuo velut vitę pharmacum.

Neque apud Syros controuerſum eſt licere Deo in honorem Sanctorum Vota facere, in dies enim Sanctis ſe vouent, & præcipuè S. Antonio Abbati vexati à Spi- *2. Probatur licere Deo in honorem Sanctorum vota facere.*

De Cultu Sanctorum.

Spiritibus, Sancto Romano vlcerati in Cruribus, & in alijs Corporis Partibus, Sancto Lucio, qui oculorum visu laborant, Sancto Theodoro fœminæ steriles, Sancto Sabæ febricitantes, alijsq; quamplurimis secundum morborum varietatem; neque hoc tantummodo à Christianis frequentatur, sed ab ipsismet Maomethanis. Celebratur adhuc inter Orientales Christianos insignis liberalitas, & obseruantia erga D. Georgium Martyrem Vxoris *Emiri Facreddini* Principis *Drusorum*, quæ cum Saracena esset, filia nimirũ Bassà *Iosephi Ebn Seifà*, & mulier tãti Viri, qui armis suis contra Turcas totã ferè Syriam concusserat, tantam tamen animi propensionem erga prędictum Martyrem semper habuit, vt ipsismet Christianis exẽplar foret sinceræ pietatis, vigintiquinque lampades in Templo eiusdẽ Sancti Martyris propè Ciuitatem Beritensẽ sito iussit ardere, quarum quinque è purissimo auro, cæteræ ex argento erant conflatæ; Et quia solemnis in eo loco Martyris memoria quotãnis magno cum apparatu instaurari consueuerat, ipsa laudata fœmina totius festi sumptus ministra-

ſtrabat, & Sacra agapum conuiuia frequentiſſimæ multitud ni Peregrinorum expediebat; quam ipſa religiosè ſemper obſeruauit ad extremum vitæ Spiritum in argumentum grati animi erga illum Martyrem, à quo Filium ſuum *Hheſein* periculoſiſſimo morbo laborantem, ſanum ſibi poſt editum votum, reſtitutum fuiſſe prædicabat; Scio nuperrimè potentiſſimam fœminam ex Maomethanis parentibus ortam, nudis ædem B. Mariæ Virgini Sacram adijſſe pedibus in Eccleſia D. Sergij propè Beritum, & non modica pæcunia Miniſtro Templi Catholico Monacho donaſſe; ideoq; pàtet admittere *Syros* Peregrinationes non ſolum ad Sanctorum Sepulcra inuiſenda, ſed ad alia loca Sacra, ac præſertim ad ea, quæ Hieroſolymis exiſtunt.

CAP. VIII. De Peregrinationibus ad loca Sancta.

Vviclefiſtæ teſte Thoma Vvaldenſi tom. 3. tit. 15. Idolatriæ damnant eos, qui ad loca Sancta peregrinantur, Caluinus lib. 5. Inſtit. cap. 13. §. 7. Peregrinationes votiuas ad loca Sanctorum, non ſolum inanes, ſed etiam plenas manifeſta impietate eſſe dicit, quod idem ferè aſſerunt Magdeburgenſes Cent. 4. c. 10.

De Peregrinationibus.

colum. *936*. & ſequentibus ducti varijs rationibus, tum quia Chriſtus Matth. 5. inter ea, quæ homines Beatos faciunt nō poſuit Peregrinationes, tum quia multa ſunt pericula Spiritualia in itineribus, ac præſertim Mulieribus, ex quibus deducunt, has Paregrinationes eſſe inanes, quia nihil inuenire poſſumus Hieroſolymis, quod in alijs Regionibns non habeamus, nàm Deus non magis eſt ibi, quàm alibi.

Nullius færè roboris apud Syros ſunt hæc Argumenta, non enim admittunt Peregrinationem eſſe opus neceſſarium ad ſalutem, neque eſſe omnibus accommodatam, ſed ſolum Viris maturis, & Fœminis, quibus parum, aut nihil periculi immineat, & quamuis Deus ſit vbique, negari tamen non poteſt, quin aliquid ſit Hieroſolymis, quod alibi non inueniatur, nimirum Sepulchrum Domini, & loca illa Sancta, quæ toties Dominus calcauit, & in quibus tot miracula patrauit.

1. *Probatur Peregrinationes ad loca Sancta ab antiquis temporibus extitiſſe.*

Neque dicant Hæretici hæc vota, has Peregrinationes eſſe inter Chriſtianos de nouo inuenta; Ab exordio enim

Euan-

Euangelicæ gratiæ in Pauli Apostoli Epistolis sæpius mentio fit, quomodo Hierosolymam perrexerit ministrare Sanctis, & in Concilio Nicæno II. Generali VII. sub Adriano I. anno 787. act. 5. narratur coram Patribus de quodam Viro, qui studiosus Martyrum, nunc Ephesum ad D. Ioannem properabat, nunc ad S. Theodorum in Eucharta, nunc ad S. Theclam in Seleuciam, vel in Araphas ad D. Sergium, vel Hierosolymam adorandæ Crucis gratia, & Sancta loca, vel in montem Sinai orandi causa, vel ad Martyres longè ab Hierusalem distantes. In Breuiarijs enim illorum antiquissimis passim leguntur, præcipuèque in Officio Maronitarum in festo S. Georgij in Oratione Noctis

ܘܟܢܫܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܐܬܘ ܝܘܡܢܐ ܡܢ ܟܠ ܕܘܟ
ܘܢܥܕܘܢ ܠܥܐܕܐ ܕܝܠܟ ܒܨܠܘܬܐ. ܘܒܢܕܪܐ ܘܩܘܪܒܢܐ

Et cętus hominum aduenerunt hodiè ex omni loco, vt celebrent diem festum tuum Orationibus, Votis, & Primitijs; Idem concinunt in festo S. Simeonis Stilitæ Syri Iacobitæ; Et in suis offiicijs Nestoriani, quorum authoritates si proferre vellem in inte-

integrum volumen excresceret sermo; Euidens igitur est Sanctorum cultum, Inuocatione, Oratione, Adoratione, Vota illis præstando, Populique concursu ad eorum Templa inuisenda, quæ verè Peregrinatio est, apud omnes Syros retineri ab ipsismet Ecclesiæ primordijs, & vsque adhuc obseruari in Viridi, cum turmatim in dies concurrant ad inuisenda loca *Sacra*, quæ sunt Hierosolymis deuotionis ergò, & alibi pro morborum sanitate, ideòque inepta profectò erit Nouatorum contradictio.

CAP. IX. De Ieiunio, & abstinentia.

Negant Hæretici Ieiunium, & abstinentiam, quia à Deo hæc non præcipiantur; Insurgit tamen contra hos tota penitus *Syria*, ne dicam omnes Orientis Christianæ Nationes, quæ Ieiunium adeò rigorosé obseruant, vt ferè incredibile videatur; In Ieiunio enim Quadragesimæ non comedunt, nec bibunt ab ortu *Solis*, vsque ad tertiam, vel quartam horam post meridiem, imò illorum plurimi, non nisi Piscibus vescuntur exanguibus, subdit Dauid Archiepiscopus in Constit. *Syr.* prohibitam fuisse antiquitus potionem Vini in Quadragesima,

ſima, quamuis concederetur pro condimentis ciborum, & in ijſdem Conſtitutionibus legitur, quod ſi Mulier parturit in Quadrageſima, non poteſt veſci carnibus, niſi poſt ſuam purificationem, licèt parturiat in fine Quadrageſimæ, & ratio erat, quia eò tempore Euchariſtiam ſumere non poterat iuxtà Canones antiquos; Communio autem Paſchalis præmittenda erat commeſtioni Carnium, & Ciborum in Quadrageſima vetitorum. Communio enim Paſchalis, Quadrageſimalis Ieiunij conſumatio, & terminus cenſebatur, ante quam nemini Ieiunium terminare licebat.

1. *Cur Mulier apud Syros ſi parit in Quadrageſima, vel in fine Quadrageſimæ non veſcatur carnibus niſi poſt ſuam purificationem.*

In Aduentu enim omnes ſe abſtinent à carnibus, & lacteis, obſeruant quoque totum ſpatium intermedium à Dominica prima poſt Pentecoſtem vſq; ad diem feſtum Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, alijſque diebus ante diem Feſtum Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis; pariter abſtinent à carnibus, & ouis feria quarta, & feria ſexta, & hæc à Syris vocatur ܥܪܘܒܬܐ *Orubto*, ac ſi diceretur *Dies Occaſus*, ſuamque ſumit radicem à verbo ܥܪܒ *Occubuit*, affert-

2. *In Aduentu, & in alijs feſtis, & ferijs, quæ deſcribũtur ſe abſtinent à carnibus, & lacticinijs.*

que

De Ieiunio. que de hoc rationem Hebedieſu in lib. Apum cap. 4. cuius titulus eſt

ܥܠ ܚܘܫܒܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ..

De Feria Occaſus, nimirum Sexta, vbi ſic habetur

ܡܬܩܪܝܐ ܥܪܘܒܬܐ ܗܕܐ ܝܘܡܐ ܗܘܐ ܡܛܠ
ܕܒܗ̇ ܥܪܒ ܫܡܫܐ ܒܙܩܝܦܘܬܗ ܕܦܪܘܩܢ
ܘܐܚܫܟ ܚܫܘܟܐ ܥܠ ܒܪ̈ܝܬܐ ܡܛܠ ܡܪܚܘܬܐ
ܕܝܗ̈ܘܕܝܐ ܒܗܕܐ ܐܬܩܪܝܬ ܥܪܘܒܬܐ ..

Feria ſexta vocabatur hæc dies, quoniam eadem die occubuit Sol Crucifixione Saluatoris noſtri, & regnauerunt Tenebræ ſuper Creaturas propter Iudæorum arrogantiam, quapropter vocata eſt Orubto, hoc eſt Occaſus; Et paulò inferius adducens cauſam, cur his diebus à carnibus abſtineatur ait

ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܛܥܡܝܢ ܒܣܪܐ ܘܠܐ ܫܬܝܢ ܠܚܡܪܐ
ܡܛܠ ܕܗܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܡܪ ܕܦܓܪܐ ܘܕܡܐ
ܗܘܐ ܥܠ ܨܠܝܒܐ ܐܝܟ ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܡܫܝܚ
ܐܦܪܘܩ ܢܦܫܢ ܘܥܠ ܚܘܒܐ ܫܒܩܗ ܥܠܝܢ
ܡܘܬܐ ܘܠܐ ܢܐܟܠܘܢ ܩܪܒ̈ܢܐ ܒܣܪܐ ܒܝܘܡܐ
ܗܢܐ ܐܠܐ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ. ܗܘ ܕܒܗ ܒܓܒܗ
ܡܘܬ̈ܪܐ

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Volucris non gustauit carnem; & non accessit ad cadauera propter reuerentiam Sancti cadaueris Saluatoris, quod erat in Cruce extensum, vt in Commentarijs Sancti Ephrē adnotatur, ideoque posuerunt Apostoli Canonem, ne Christiani hac die carnes comederent, neque feria quarta, hac enim die fecerunt Iudæi consilium super morte Saluatoris nostri; Deinde Paulò inferius subdit, *Dies est Passionis feria sexta omni Communitati, illa enim die ob causam peccati primi Adam, mors super totam naturam nostram regnauit, & ex Paradiso, ad terram maledictionum nos abiecit, illaque die diluuium temporibus Noe totam humanitatem nostrā perdidit*; Quid amplius dubitandum est de harum dierum abstinentiæ præcepto, quod non habent Syri vti iam demonstratum est à Summis Romanis Pontificibus,

De Ieiunio. ſed ex Apoſtolorum regula, ac traditione.

Plena adhuc extant illorum volumina, præcipueq; Eccleſiaſtica de Ieiunij obſeruatione, innuere tamen hic ſat erit eorum Officium Quadrageſimale non mediocris magnitudinis, in quo infinita propemodum de Ieiunio leguntur, quod magna animi quiete, ac ſilentio, multi eiuſdem Nationis Authores fieri docent, & quamuis aliæ extent virtutes, quæ ſilentio fiunt, vti Oratio, Contemplatio, &c. Ieiunium autem omnibus præcellit Teſte Hebedieſu in lib. Apoſtolorum cap. 5. vbi aſſerit

ܝܩܝܪ ܓܝܪ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܫܬܝܩܘܬܐ ܨܘܡܐ܆

Pratioſius enim eſt omnibus ſilentijs Ieiunium.

3. *Orientalium Ieiunia diſtinguuntur in tria genera, videlicet in Communia, Propria, et in magis Propria.*

Sed Hebedieſu Neſtoriano, præluxerat Barebræus Iacobita, qui quingentis ab hinc annis magna doctrinæ fama apud ſuos florebat in Oriente, longam ille diſputationem inſtituit in ſuis Ethicis in ſeptem diſtributam capita de Syrorum, & reliquarum Nationum Orientalium Ieiunijs, quæ in tria diſtinguit ge-

nera,

nera, nempe Communia, quæ toti cætui Christianorum obseruanda erant, Propria, quæ Monachis omnibus erant solemnia, & magis Propria, quæ quibusdam tantùm austerioris vitæ hominibus frequentabantur, de primis est locus insignis propè finem disputationis, vbi de Syrorum suorum Ieiunijs hæc recenset

ܚܡܫܐ ܐܢܘܢ ܨܘ̈ܡܐ ܡܫܒ̈ܚܐ ܠܥܡܐ ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ
ܣܛܪ ܡܢ ܐܪ̈ܒܥܐ ܘܥܪ̈ܘܒܬܐ ܩܕܡܝܐ ܨܘܡܗ
ܕܐܪ̈ܒܥܝܢ ܕܬܪ̈ܝܢ ܨܘܡܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܕܬܠܬܐ
ܨܘܡܐ ܕܫܘܢܝܐ ܕܐܪ̈ܒܥܐ ܨܘܡܐ ܕܝܠܕܐ ܕܚܡܫܐ
ܕܢܝܢ̈ܘܝܐ ܨܘܡܗ ܕܒܥܘܬܐ ܀

Quinque sunt Ieiunia celeberrima Populo Syrorum præter feriam quartam, & sextam. Primum Ieiunium Quadragesimæ; secundum Ieiunium Apostolorum; tertium Ieiunium Assumptionis (Mariæ); quartum Ieiunium ante Natiuitatem; quintum Ieiunium Niniuitarum; Hæc Barebræus. Hoc extremum Ieiunium Syris, Iacobitis, Nestorianis, & Armenis tantummodo est solemne; Quod Ieiunium tribus hebdomadis præcedit Ieiunium Quadragesimæ, in quarum prima hebdomada Syri,

qui

De Ieiunio. qui dicuntur Orientales ieiunant á feria secunda vſque ad matutinum feriæ quintæ eiuſdem hebdomadæ, Syri veró qui dicuntur Occidentales, necnon & Regulares, illud protrahunt vſque ad Matutinum Sabbati; cuius terminos idem Au-

4. *Quid ſit Ieiunium Niniue.* thor definit in eodem loco

ܘܨܘܡܐ ܕܢܝܢܘܐ ܡܢ ܗܘ ܬܪ̈ܝܢ ܕܩܕܡ ܬܠܬ ܫ̈ܒܘܥܝܢ
ܩܕܡ ܠܨܘܡܐ ܪܒܐ ܠܘܬ ܠܨܦܪܐ ܕܚܡܫܐ
ܫܥ̈ܐ ܐܢܫܝܢ ܡܕܢܚܝ̈ܐ. ܘܠܘܬ ܨܦܪܐ
ܕܝܘܡ ܫܒܬܐ ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܘܝܚܝ̈ܕܝܐ ܕܡܕܢܚܐ.

Et Ieiunium Niniuis à feria ſecunda, quæ tribus hebdomadis præcedit magnum Ieiunium (nempe Quadrageſimam) *vſque ad feriæ quintæ Matutinum obſeruant* Orien-*tales, & ad Matutinum diei Sabbati Occidentales, & Regulares in Oriẽte;* In quo Textu notandum eſt pro Syris Orientalibus intelligi illos, qui inter Euphratem, & Tigrim exiſtunt, prò Syris verò Occi-

5. *De Monachorum Ieiunio.* dentalibus eos, qui trans Euphratem verſus Occidentem habitant; hæc Barebræus de ſuis Syris teſtatur; de Monachis enim refert eos per ſeptem hebdomadas ieiunare, & alijs ſeptem lacticinijs vti, & in

in hac obſeruantia totum anni ſpatium tranſigere, vſq; ad Quadrageſimalę Ieiunium, Authoris verba produco

ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܕܝܢ ܫܒ̈ܥܐ ܫܒ̈ܘܥܝܢ ܐܟܠܝܢ ܘܨܐܡܝܢ
ܫܒܥܐ ܥܕܡܐ ܕܡܕܪܟ ܠܗܘܢ ܨܘܡܐ ܪܒܐ ..

Religioſi autem per ſeptem hebdomadas comedunt, & ſeptem ieiunant, donec aprehendat eos Ieiunium magnum: Antiquiora tamen ſunt ea quæ nobis exhibet vetuſtiſſimus author Iſaac Syrus, qui plura in laudẽ ieiunij hæroico carmine conſcripſit de quibus delibare licet hæc pauca

ܨܘܡܐ ܙܝܢܐ ܗܘ ܘܝܫܘܥ ܝܗܒܗ ܠܨܐܡ̈ܐ
ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܡܠܟܐ ܣܒܘ ܬܪܣܐ ܕܩܪܒܐ ܕܕܡܐ
ܗܢܐ ܨܘܡܐ ܐܓܘܢܐ ܗܘ ܕܒܗ ܩܐܡ ܐܢܫ
ܥܕܡܐ ܠܕܡܐ ܕܢܣܒ ܟܠܝܠܐ ܡܢ ܐܓܘܢܐ ..

Ieiunium eſt armatura, & Ieſus illud ieiunantibus tradidit: Serui Regis ſumite ſcutum pugnæ cruentæ: hoc Ieiunium pugna eſt, in qua ſtat quiſque, vſque ad ſanguinem vt coronam de certamine obtineat. Audiant hælluones iſti, & nouerint ſacra Ieiunia ab ipſo Domino Eccleſiæ ſuæ fuiſſe tradita, non Romanæ Vrbis recentiora eſ-

De Ieiunio. se commenta sed audiatur iterum

6. *Obseruant Orientales Ieiunium ex instituto Christi Domini, & Apostolorum.*

ܙܝܢܐ ܕܪܘܚܐ ܐܝܬܘܗܝ ܨܘܡܐ ܠܟܠ ܦܪܘܫܐ

ܕܡܢ ܒܠܥܕܘܗܝ ܠܐ ܐܓܘܢܐ ܘܠܐ ܙܟܘܬܐ..

Armatura spiritus, est ieiunium omni prudẽti, sine quo, nec certamen, nec triumphus. Congruunt his reliqua Orientalium monumenta recentiora, vnus pro multis adsit nobis Athanasius Melchita in homilia primæ Dominicæ de tempore

هذه الايام المقدسه رسموها الرسل القديسين

بالهام روح القدس ويصوموها كل المسيحيين ۞

Sacrosanctos hos dies constituerunt Sancti Apostoli ex Sancti Spiritus instinctu, eosque ieiunant omnes Christiani.

CAP. X. De Monachis, & Monialibus.

Monachatum, ait Philippus Melancton, esse nuper inuentum, & Lutherus in Epithalamio negat Monachatum Mulieribus, illasque non nisi ad Matrimonium creatas fuisse asserit, quæ tamen duæ assertiones manifestè refelluntur ex Chaldeorum Ritualibus, qui immemorabilis sunt planè antiquitatis, in quibus Ritus extant vestiendi Manachali habitu,

tu, tàm masculos, quám fœminas, quorum tituli sunt

ܛܘܟܣܐ ܕܠܒܫܐ ܕܕܝܪ̈ܝܐ ܀

Ordo Vestitionis Monachorum

ܛܘܟܣܐ ܕܠܒܫܐ ܕܕܝܪ̈ܝܬܐ ܀

Ordo Vestitionis Monialium.

En igitur fœminæ non excluduntur à Monachatu, & hunc in Ecclesia Dei esse antiquissimum deducitur ex Iacobitarum Syrorum Rituali, vbi in Oratione exhortatoria dicta à Moyse Episcopo Ramensi cognomento *Barkifo*, quæ legitur ad illos, qui Monachali induuntur habitu, ab Apostolis ostendit prima huius ritus fundamenta prouenire, sic enim ait

1. Probatur Monachatū esse in Ecclesia Dei antiquissimum.

ܒܗܕܐ ܗܟܝܠ ܩܪܝܬܐ ܫܡܥܘ ܗܘܘ
ܫܠܝ̈ܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܘܫܒܩܘ ܟܠܡܕܡ ܘܒܬܪܗ
ܕܒܗ ܘܐܙܠܘ ܒܬܪܗ ܘܐܬܬܠܡܕܘ ܡܢ ܟܠܡܕܡ
ܘܬܠܡ̈ܝܕܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܠܡܫܠܡܘܬܐ
ܘܢܩܦܘܬܐ ܗܢܐ ܕܐܬܐ ܕܡܢ ܕܢܫܝܚܐ
ܐܒܗ̈ܬܐ ܘܐܚ̈ܐ ܕܒܗܝܢ ܒܟܠܗܝܢ ܀

Hanc itaque vocationem audiuernnt veri

De Monachis, & Monialibus.

Discipuli, & reliquerunt Mundum, & quidquid in eo est, & iuerunt post illum, & euaserunt à Mundo, & à perturbationibus peccatorum, & crediderunt etiam Verbo Sancto, quod prædicauit, qui relinquit Parentes, & Fratres, &c.

2\. *Religiosi statim post Nouitiatū emittunt professionem.*

Subdit Lutherus ad professionem in Viris expectari annum septuagesimū, & octuagesimum, & Vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ esse libera, & non vsque ad mortem, ità vt possint mutari, quæ omnia profectò contraria sunt peruetustis Syrorum Constitutionibus; Iuuenes enim, qui Religionem ingrediuntur statim post Nouitiatum interrogantur ab Abbate

تصبير بالطاعه والطهاره والقناعه الى حد المـــوت ۞

Sustinebis ne in obedientia, & castitate, & temperantia vsque ad mortem? Respondet Monachus

بمعونة الله وبركة صلواتك يا ابـــــى ۞

Cum auxilio Dei, & benedictione precum tuarum ò Pater mi, tunc excepto eiusdem consensu, Abbas eidem declarat, hanc professionem inuiolabile Votum esse, & plu-

pluribus ad perseuerantiam hortatur Arabico sermone, cum Syriacum idioma, vt plurimum Monachi isti non ita facile intelligant, & admonitionem his concludit verbis

احرص على نفسك واحفض النذر الذي انذرت للملك السماوى لتخلص من عذاب الاخره وتنال الاكليل مع القديسين ۝

Serua animam tuam, & obserua votum, quod vouisti Cœlesti Regi, vt saluus sis à supplicio extremo, & consequaris coronam cum Sanctis.

Nota autem, quod per *Temperantiam*, Paupertatem intelligunt, quod in corpore Parænesis explicant; ad quam Paupertatem explicandam nouum Monachum tondent, & calceis suis nudatum ante Altare statuunt. Temperantiam autem dicere maluerunt, quam Paupertatem, vt significarent, Monacho non solum à pecunia esse abstinendum, sed multò magis à cæteris Corporis voluptatibus, propter quas pæcunia quæritur, & æstimatur.

3. *Per votum Temperantiæ intelligunt Orientales Votum Paupertatis.*

Primus, qui Angelicum hoc Institu-

De Monachis, & Monialibus.

tutum in noſtram Syriam inuexerit celebratur D. Hilarion, quem teſtatur D. Hieronymus in eiuſdem vita ab Antonio Magno edoctum, propè *Gazam*, perfectionis aperuiſſe gymnaſia, Nec enim ait S.Doctor adhuc Monaſteria erant in Paleſtina, nec quiſquam Monachos ante Sanctum Hilarionem in Syria nouerat, ductis exindè Colonijs, totam Syriam ſub diuerſis Ducibus Monachi occuparunt, quos inter celeberrimi fuere Monachi Maronitæ, qui ſub D. Maronis auſpicijs innumeros de illius temporis Sectarijs Triumphos retulerunt.

4. *Primus qui Monachorum Institutum inuexit in Syriam fuit D. Hilarion.*

Huius tandem veritatis tot extant Teſtes, quot adhuc etiam in Syria Meſopotamia, Chaldæa, Armenia, in Ægypto, & Ætyopia viſuntur cœnobia, vel vetuſtiſſimorum Monaſteriorũ rudera, quæ mihi cum in Oriente commorarer, non ſemel abortis lacrimis ſpectare, & venerari licuit. Quod autem Profeſſio non ſit libera, nec vllo modo mutari poſſit, probatur ex Rituali Syrorum in Oratione exhortatoria, quam legit Abbas coram recipiente habitum Mona-

5. *Professio est Votum indissolubile, & non liberum.*

nachalem post emissa Vota, quæ est huiusmodi

ܗܫܐ ܐܘ ܐܚܘܢ ܚܙܝ ܩܕܡ ܡܢܘ ܩܐܡ
ܐܢܬ ܠܘ ܓܝܪ ܩܕܡ ܒܪܢܫܐ ܡܝܘܬܐ
ܘܡܬܚܒܠܢܐ ܩܐܡ ܐܢܬ ܐܠܐ ܩܕܡܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ
ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܨܐ ܠܒܘܬܐ ܘܟܘܠܝ̈ܬܐ ܗܢܐ
ܥܒܕ ܐܢܬ ܟܕ ܩܕܡܘܗܝ ܐܢܬ ܦܣܩܐ ܘܫܘܘܕ̈ܝܐ
ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܩܕܝܫܐ ܒܣܗܕܘ̈ܬܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ
ܓܒ̈ܝܐ ܘܩܕܝ̈ܫܐ ܘܕܟܠܗ ܗܕܐ ܐܚܘܬܐ ܟܗܢܝܬܐ
ܘܡܫܬܘܕܐ ܐܢܬ ܠܡܚܝܐ ܘܠܡܡܬ ܥܡܢ ..

Nunc o Frater Noster vide coram quo adstas, non enim coram Homine mortali, & corruptibili adstas, sed coram ipso Christo Deo, qui scrutatur corda, & renes, hoc facis, dum coram ipso ponis pacta, & promissiones coram Altari Sancto, cum testificationibus Angelorum electorum, & Sanctorum, nec non totius huius fraternitatis Saceodotalis, & promittis viuere, & mori nobiscum., En igitur vota non sunt libera, sed vsque ad mortem.

Hæremitarum, & Solitariorum Institutum præ cæteris Religionibus grauissimè reprehendunt Magdeburgenses 6. *De Eremitis, & Solitarijs.*

De Monachis, & Monialibus.

cent. 4. & 5. cap. 6. & 10. nec non Caluinus lib. 4. Instit. cap. 13. §. 16. Hoc Institutum apud Syros antiquissimum est, in præfata enim Oratione Episcopi Ramensis loquẽs de veris Dei Discipulis ait

ܐܠܐ ܓܒܘ ܠܗܘܢ ܡܥܡܪ̈ܐ ܒܡܕܒ̈ܪܐ
ܘܒܛܘ̈ܪܐ ܘܒܡܥܪ̈ܐ ܘܐܚܒܘ ܐܢܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢ
ܡܕ̈ܝܢܬܐ ܘܗܝ̈ܟܠܐ ܕܡ̈ܠܟܐ ܟܕ ܥܡ ܚܝ̈ܘܬܐ
ܕܒܪܝܐ ܪ̈ܥܝܢ ܗܘܘ ܥܣܒܐ ܘܡ̈ܝܐ ܕܡܒ̈ܘܥܐ
ܘܠܒܘܫܐ ܒܣܝܪܐ ܘܐܣܟܝܡܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܘܩܫܝܘܬܐ ܕܐܟܣܢܝܘܬܐ ܗܠܝܢ ܘܕܐܟܘܬܗܝܢ ܙܕܩ
ܕܢܬܪܥܘܢ ܘܒܗܠܝܢ ܕܘܒܪ̈ܐ ܢܬܕܡܘܢ ܗܢܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܠܡܪܝܐ ܒܥܝܢ܀

Sed, & elegerunt sibi habitationes in solitudinibus, & in montibus, & in Speluncis, eaque adamauere super Ciuitates, & Palatia Regum, dum cum Animalibus solitudinis pascebantur herbis, & Aquis fontium, & induebantur indumento contemptibili, & habitu Religioso, & rigiditate Peregrinationis; hæc & similia oportet cogitare, & his conuersationibus assimilari illos, qui Dominum requirunt.

In Officio item feriali Maronitarum

rum ad nonam feriæ ſextæ præſuppo-nuntur Monachi, Heremitæ incluſi, & Solitarij, quia ſic legitur

ܘܥܢܝܕ̈ܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܘܗܕܢܐ ܘܥܠܝܡ̈ܐ
ܘܒܬܘ̈ܠܬܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܢܟܦ̈ܐ ܘܨܝ̈ܡܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ
ܘܝܚܝܕ̈ܝܐ / ܐܒܝ̈ܠܐ ܘܚܒܝ̈ܫܐ ܘܡܣܟ̈ܢܐ ܕܒܪܘܚ.

Commemoratio omnium Adoleſcentum, & Virginum, omniumque continentium, ieiunantium, Monachorum, Solitariorum, mæſtorum, Heremitarum incluſorũ, & Pauperum Spiritu; Hoc ipſum reperitur ad Primam Sabbati,& ad Tertiam in Proemijs, Item, & in nocturno feriæ ſextæ, & alibi frequentiſſima fit mentio de Monachis, de Heremitis, & de vita eorum, & de modo viuendi aſperrimo, & pauperrimo,quẽ vſq; adhuc deuote obſeruãt

CAP. XI. De Chriſto.

Aſcendamus ad Chriſtum,de quo ait Caluinus non eſſe mortuum pro omnibus,ſed pro ſolis prædeſtinatis,cui opponitur Ioannes Maro lib.2.cap.21. in Expoſitioue illorum verborum Symboli, *Qui crucifixus eſt pro nobis*.

1. *Oſtenditur Chriſtum paſſum eſſe pro omnibus.*

ܐܙܕܩܦ ܚܠܦܝܢ ܠܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܡܢܗܘܢ
ܠܡܘܬܐ ܕܝܠܢ. ܠܐ ܚܠܦ ܚܘܒ̈ܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ
ܢܦܫܗ

De Christo. ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܬܥܒܪܢܘܬܐ ܕܡܢ ܡܐܟܠܐ
ܕܦܪܕܝܣܐ ܘܦܪܩܢ ܠܢ ܡܢ ܠܘܛܬܐ
ܕܢܡܘܣܐ..

Crucifixus est pro nobis Christus, vt à nobis transire faceret maledictionem super genus nostrum propter mandati transgressionem ortam ex comestione fructus ligni Paradisi, & redimeret nos á legis maledictione, Intelligit ergò iste Author, Christum passum esse pro omnibus, dùm redemit nos à peccato Adæ, quod superuenit super totum genus humanum.

Item in feriali Officio Maronitarum ad Completorium feriæ secundæ habetur

ܒܪܐܠܗܐ ܕܦܪܩ ܒܕܡܗ ܠܟܠܗܝܢ ܒܪ̈ܝܬܐ
ܠܐ ܬܗܦܘܟ ܡܢܝ..

Fili Dei, qui redemit omnes Creaturas Sanguine suo, ne auertas à me.

Ad matutinum etiam eiusdem feriæ in Psal. *Deus Deus meus*

ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܪܝܡ ܡܪܝ ܥܡܟܝ ܘܡܢܟܝ
ܕܢܚ ܦܪܘܩܐ ܕܒܪ̈ܝܬܐ..

Aue Maria Dominus meus tecum, ex te oritur

oritur Saluator omnium Creaturarum. Et in Officio hebdomadæ maioris passim hoc idem confirmatur.

In Liturgia rursùs magna Sancti Petri Apostoli post consecrationem legitur

ܐܡܪܐ ܪܘܚܢܝܐ ܕܢܚܬ ܠܐܪܥܐ ܕܢܗܘܐ ܕܒܚܐ
ܘܚܘܣܝܐ ܚܠܦ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܕܢܫܩܘܠ
ܥܘܠܗܘܢ ܒܨܒܝܢܗ ܘܢܚܣܐ ܒܕܡܗ ܠܚܛܝܐ
ܘܢܩܕܫ ܒܕܒܚܬܗ ܠܛܡܐܐ ܐܚܝܢ ܠܢ ..

Agnus Spiritualis, qui descendit in terram, vt esset Sacrificium propitiationis pro omnibus hominibus, vt tolleret iniquitatem eorum sponte sua, & indulgeret sanguine suo peccatoribus, & sanctificaret pollutos suo Sacrificio viuifica nos &c. Manifestè igitur ex adductis colligitur Christum Dominum passum esse pro omnibus hominibus, & quia *Iustitia plena est dextera eius* nullum exclusisse propter summam eius erga omnes misericordiam. Hoc idem luculenter exposuit D. Maro in Commentario Liturgiæ D. Iacobi cap. 46. explicans mysticum sensum illius ceremoniæ, in qua Sacerdos impositam Calici Patenam per girum circumfert, audiatur

De Christo. ܒܬܪ ܗܕܐ ܕܝܢ ܣܐܡ ܠܦܝܢܟܐ ܠܥܠ ܡܢ ܟܣܐ
ܘܡܟܪܟ ܠܗܘܢ ܚܘܕܪܢܐܝܬ ܘܒܗܕܐ ܡܚܘܐ
ܘܡܠܦ ܕܡܪܢ ܐܬܩܪܒ ܚܠܦ ܚܛܗܐ ܕܟܠܗ
ܥܠܡܐ ܘܐܫܕ ܕܡܗ ܡܝܩܪܐ ܚܠܦ ܟܠܗܘܢ
ܒܢܝܢܫܐ ܕܒܚܘܕܪܗ ܕܟܠܗ ܬܐܒܝܠ ܀

Post hoc verò imponit Calici Patenam, & circumfert ea per girum, & in hoc significat, & docet, Dominum nostrum oblatum fuisse pro totius mundi peccato, & effudisse sanguinem suum pratiosum pro omnibus hominibus, qui in circuitu totius Terræ habitabilis existunt.

In Tractatu de Diuinis attributis Conradus Vorstius Caluinista sic sentit, Deum secundum essentiam, & essentialem perfectionem non esse infinitum, & Dei Æternitatem esse diuisibilem, & successiuam.

2. *Probatur Christum Dominum esse infinitum, & Dei æternitatem non esse diuisibilem, et successiuum.*

Innumeros propemodùm Chaldæorum libros aduersùs hanc assertioné hic referre opus esset, sed quia summi Motoris Infinitas omnium patet sensui, innuere tantùm sufficiet, quod in Missali Chaldaico Maronitarum legitur in Liturgia Sancti Marutæ in Oratione dicé-

da

da ante Dominicam Orationem

ܗܘ ܕܪܒܘܬܟ ܠܐ ܡܬܩܪܒܢܝܬܐ ܘܐܝܬܘܬܟ
ܠܐ ܡܬܒܨܝܢܝܬܐ ܘܦܘܫܘܬܟ ܠܐ ܡܬܥܩܒܢܝܬܐ
ܘܟܣܝܘܬܟ ܠܐ ܡܬܕܪܟܢܝܬܐ ܘܓܠܝܘܬܟ ܠܐ ܡܬܬܚܡܢܝܬܐ

Tua magnitudo inaceſſibilis, & tua eſſentia inſcrutabilis, & calatio tua inueſtigabilis, & abſconditas tua incomprahenſibilis, & manifeſtatio tua indeterminabilis, Et ibidem in Oratione, quæ eſt ante Triſagion

ܡܩܪܒܝܢ ܡܫܒܚܬܐ ܠܬܠܝܬܝܬܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܠܐܠܗܘܬܗ ܠܐ ܡܬܕܪܟܢܝܬܐ ܘܠܐ
ܡܬܬܚܡܢܝܬܐ ܘܠܐ ܡܬܒܨܝܢܝܬܐ܀

Offerimus editas laudes trinę Sanctificationis Diuinitati eius incomprahenſibili, & indefinitæ, & inſcrutabili; Idem planè legitur in eodem Miſſali in Liturgia Sancti Marci Euangeliſtæ.

Indiuiſibilitas Æternitatis Dei patet mirificè ex libro Iſaaci Syri Niniuæ Epiſcopi cui Titulus eſt

ܥܠܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܥܠܠܝܢ܀

hoc eſt, *Cauſa omnium cauſarum*, vbi de Æternitate Dei in principio ſic legitur

ܐܝܬ

De Christo.

ܐܝܬܐ ܡܬܘܡܝܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ
ܥܠܡ ܕܠܐ ܫܘܪܝܐ ܘܐܝܬܘ̄ ܐܡܝܢܐܝܬ ܘܒܟܠ
ܙܒܢ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦ ܘܟܕܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܠܕܪܕܪܝܢ
ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܕܠܐ ܫܘܠܡ܀

Ens æternum, quod est ab æterno sine principio, & est semper, & omni tempore sine mutatione, & cum sit in sæcula & per sæcula sine fine; Ex hoc Textu deducitur Æternitatem Dei esse sine mutatione, ergo immutabilem, non est igitur successiua, quia sicut de ratione sucessiui, est esse quid mutabile, sic de ratione immutabilis est non esse quid successiuum, implicaret enim esse immutabile, & successiuum.

3. *Demonstratur Deum esse vbiq; in Cælo, & in Terra.*

Subdit insulsè idem Vorstius Deum non esse vbique præsentem in hoc Mundo, sed tantùm in Cælo, cui doctè respondet Ioannes Maro lib. 2. cap. 21. in expositione illorum verborum Symboli, *Descendit de Cælo*

ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܠܘ ܕܫܢܐ ܡܕܘܟܬܗ ܘܐܬܐ
ܠܐܪܥܐ ܐܠܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ
ܒܫܡܝܐ

ܟܕ ܡܠܝܢ ܡܢܗ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܐܠܐ ܡܬܐܡܪ
ܕܢܚܬ ܠܗ ܕܐܬܚܙܝ ܥܠ ܐܪܥܐ ܒܪܢܫܐ
ܕܠܘ ܩܕܡ ܠܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ..

Descendit de Cœlo sine transinigratione ab illo, & venit in Terram, vbi prius erat, cum essent plena illo Cœlum, & Terra, sed dicitur descendisse, eo quod visus sit super terram Homo, dum antea non erat.

In Officio feriali Maronitarum ad Vesperas Dominicæ in versiculo ad Virginem Mariam legitur

ܒܓܘ ܒܝܪܬܐ ܕܒܣܪܐ ܢܚܬ ܘܫܪܐ ܡܪܐ
ܕܥܝܪ̈ܐ ܒܡܫܟܢܗ ܦܓܪܐ ܕܐܝ̈ܕܘܗܝ ܓܒܠܘܗܝ
ܫܡ̈ܝܐ ܡܠܝܢ ܡܢܗ ܘܐܪܥܐ ܙܥܘܪܐ ܠܐܝܩܪܗ
ܘܟܪܣܗ ܕܡܪܝܡ ܣܦܩܬ ܘܛܥܢܬܗ ..

In Arcem Carnis descendit, habitauitque Vigilum Dominus in Tabernaculo Corporis, quod manus eius plasmauerunt, Cœli pleni sunt eo, & Terra parua est honori eius, & tamen Venter Mariæ suffecit, eumque portauit, & ibidem in primo Nocturno

ܠܘܬܟܝ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܗ̄ܘ ܕܡܫܒܚ
ܘܐܢܗܪ ܠܟܠܗܘܢ ܠܗܘ ܕܐܬܟܣܝ
ܒܥܠܡܝܢ

De Christo.

ܒܟܠܗܘܢ ܦܢܝ̈ܬܐ ..

Beata es Maria Virgo Sanctissima quoniam meruisti circumferre super brachia tua, eum, qui indefinitè est in omnibus finibus.

Vlterius hic Caluinista blaterat asserendo, decreta Dei non esse ab æterno, quæ sententia ab innumeris fere Orientalium Codicibus impugnatur, inter quos extat ille Isaaci Episcopi Niniuæ, qui ob Styli elegantiam, ac doctrinæ profunditatem valdè à Syris commendatur, vbi in Tract. cuius Titulus est

4. Probatur Decreta Dei esse ab æterno.

ܕܟܬܒܐ ܓܘܢܝܐ ܕܠܟܠ ܥܡ̈ܡܝܢ ..

hoc est *Liber communis ad omnes gentes*; alloquens Deum sic ait capite 4.

ܝܕܥܐ ܪܒܘܬܐ ܕܝܕܥܬܟ ܟܠ ܕܗܘܐ ܘܗܘܐ ܡܢ ܥܠܡ ..

Cognoscit magnitudo scientiæ tuæ quidquid factum fuit, & fit, ab æterno; & capite 7. ait de Deo cognoscente omnia

ܩܕܡ ܝܕܥ ܐܢܝܢ ܩܕܡ ܬܘܩܢܗ ܕܥܠܡܐ .

Præcognouit ea (scilicet omnia creata) *ante Mundi constitutiones.*

Rur.

Rursus in Officio ad Vesperas feriæ tertiæ Maronitarum habetur

ܥܡ ܒܣܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܒܗ̈ܬܐ ܗܢܘܢ ܕܡܢ
ܥܠܡ ܫܦܪܘ ܠܟ ..

Cum Thure Patrum omnium, qui ab æterno tibi placuerunt. Eadem fere verba reperiuntur in Liturgia magna Sancti Petri Apostoli

ܐܠܗܐ ܛܒܐ ܘܡܪܚܡܢܐ ܗܘ ܕܩܒܠܬ ܩܘܪܒܢܗ
ܕܗܒܝܠ. ܘܗܢܘܢ ܕܡܢ ܥܠܡ ܫܦܪܘ
ܠܟ ܘܩܒܠܬ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ..

Deus bone, & misericors, qui suscepisti oblationem Abelis (& post numerationem multorum Patrum, cum Apostolis, & Martyribus, deinde dicit) *hi, qui ab æterno tibi satisfecerunt, & suscepisti oblationes eorum*.; In Officio feriæ quintæ legitur

ܩܕܡ ܕܢܗܘܐ ܩܝܡܢ ܝܕܥܬ ܐܢܬ ܒܒܝܫܘܬܢ
ܒܚܘܒܟ ܐܩܝܡܬܢ ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܥܛܪ ܚܛܗ̈ܝܢ .

Ante constitutionem nostram, sciebas malitiam nostram, charitate tua constituisti nos, misericordia tua dele peccata nostra; Si ergò

Deus magnitudine ſcientiæ ſuæ præcognouit ab æterno quidquid factum eſt, & quidquid fit; & ſibi complacuit ab æterno de oblationibus Sanctorum, & ante Mundi conſtitutionem ſciuit noſtram, & bonitatem, & malitiam, quis non niſi manifeſtæ temeritatis nota aſſerere audebit Decreta Dei non eſſe ab æterno?

CAP. XII. De Libero arbitrio.

Progrediamur modò ad libertatem Arbitrij, cuius vſus conſiſtit, vt poſſit quis agere, vel non agere, vt poſſit benè, vel malè operari, vt ex duobus poſſit alterum præ altero eligere. Negat Lutherus in aſſert. art. 36. hoc liberum arbitrium poſſe dari in Hominibus, cui adhæret Caluinus lib. 3. Inſtit. cap. 23. §. 8. & aſſerunt, omnia fieri neceſſariò, nihil liberè, nam nihil fit Deo permittente, ſed quæcumque fiunt, Deo volente fiunt, ſubditque Caluinus lib. 3. Inſtit. cap. 21. §. 1. & alibi, Deum æterno ſuo decreto quoſdam homines ad vitam æternam, alios pleroſque ad mortem, & damnationem prædeſtinaſſe, ſine vllo ipſorum merito, aut culpa, ſolum quia ipſi placuit, & hoc decretum adeò immutabile

eſſe,

eſſe, vt tollat omnem arbitrij noſtri libertatem, nec vllo modo in noſtra eſſe poteſtate, aut ſaluari, aut damnari, ſed ineuitabili quadam neceſſitate hi ſaluentur, illi pereant.

Contra hanc aſſertionem S. Ephrē citatus à Ioanne Darenſe lib. 4. c. 22. ait

ܩܢܝܢ ܐܢܘܢ ܨܒܝܢܝܗܘܢ ܟܕ ܣܝܡܝܢ ܠܬܚܝܬ
ܨܒܝܢܐ. ܩܢܝܢ ܐܢܘܢ ܐܦ ܚܐܪܘܬܐ ܟܕ ܣܝܡܝܢ
ܠܬܚܝܬ ܡܪܘܬܐ..

Poſſident ſuas voluntates poſiti ſub voluntate, poſſident etiam libertatem poſiti ſub Dominio, & paulò inferius aſſerit

ܘܗܐ ܚܐܪܘܬܐ ܒܡܚܫܒܬܐ ܦܫܘܛ ܐܢܬ ܟܠܗ
ܨܒܝܢܟ ܐܢ ܗܘܐ ܘܐܢ ܠܐ ܗܘܐ ܘܐܢܗܘ ܕܗܘܐ
ܙܟܝܬ ܐܢܬ ܘܐܢ ܠܐ ܗܘܐ ܙܟܐ ܐܢܬ..

Et ecce libertas ineſt cogitationi, porrige omnē tuam voluntatem ſi fiat, & ſi non fiat, ſi autem fiat, triumphas, ſi non, victus eris.

Ioannes rurſus Darenſis hanc in hominibus admittit libertatem cap. 22. lib. 4. cuius titulus eſt

ܡܛܠܗܝ ܕܒܢܝ: ܡܚܘܐ ܕܡܘܕܐ ܐܢܬ ܕܡܫܟܚܢܘܬܐ
ܒܚܐܪܘܬܐ

De Libero arbitrio.

ܒܚܐܪܘܬܐ ܘܡܚܫ̈ܒܬܐ ܘܒܨܒܝܢܐ ܡܬܬܣܥܪܝܢ :-

Caput 22. ostendit dilucidè, peccata libertate, cogitationibus, atque voluntate fieri. Item lib. 1. Hierarchiæ cap. 9. loquens de Angelorum directione erga homines, sibi quamdam proponit obiectionem, eamque diligenter soluit

ܠܘܩܒܠ ܗܠܝܢ ܡܩܘܫ ܐܢܫ ܘܐܡܪ ܕܐܢ
ܡܢ ܡܠܐ̈ܟܐ ܡܬܕܒܪܝܢܢ ܡܬܐܠܨܐ ܚܐܪܘܬܐ
ܕܨܒܝܢܐ ܘܐܢ ܗܘܐ ܠܐ ܡܬܐܠܨܐ ܠܝܬ ܡܘܬܪܐ ܡܢ
ܡܕܒܪܢܘܬܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܒܢ̈ܝ ܚܐܪ̈ܐ
ܐܝܬܝܢ ܫܪܝܪܐܝܬ ܘܥܠ ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܢ
ܫܘܠܛܢܐ ܕܨܒܝܢܐ ܠܐ ܣܢܝܩܝܢܢ ܠܐ ܢܘܗܪ̈ܐ ܐܠܗ̈ܝܐ
ܗܢܘܢ ܕܥܠ ܐܝܕܝ̈ ܡܠܐ̈ܟܐ ܘܒܚܦܝܛܘܬܐ
ܐܬܝܢ ܠܘܬܢ ܕܥܡ ܐܠܨܘܬܐ ܚܢܢ ܕܗܘܝܢ ܟܒܝܫܐ
ܚܒܝܫܐ ܠܗ ܠܢܘܗܪܐ ܐܠܗܝܐ ܕܢܣܒ :-

Contra hæc dicit aliquis, si ab Angelis dirigimur, cogeretur libertas arbitrij, si non cogeretur, nulla erit vtilitas ea directione. Dicimus, liberos verè nos esse, & quia habemus libertatem arbitrij, non ideò non indigemus illuminationum Diuinarum, quæ per Angelos, & diligentiam adueniunt ad nos, sed ab-

abstractio oculorum mali intellectus, efficit illuminationem Diuinam abesse à nobis.

Ioannes Maro cap. 4. de diuisione Sacerdotij hæc de libero arbitrio profert in explicatione illius Textus Genesis, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*

ܗܳܕܶܢ ܕܐܶܡܰܪ ܒܨܰܠܡܳܐ ܐܳܘ ܠܚܺܐܪܽܘܬܳܐ ܐܳܘ ܠܗܳܕܶܢ
ܕܢܶܫܠܰܛ ܒܟܽܠܗܽܘܢ ܗܳܠܶܝܢ ܕܒܐܰܪܥܳܐ
ܐܳܘ ܕܢܶܦܪܽܘܫ ܠܗܳܕܶܢ ܕܒܫܪܳܪܳܐ ܐܺܝܬܰܘܗܝ
ܛܳܒܬܳܐ ܡܶܢ ܗܳܢ ܕܐܺܝܬܰܘܗܝ ܒܺܝܫܬܳܐ ܘܕܡܽܘܬܳܐ
ܗܳܢ ܕܶܝܢ ܕܒܕܡܽܘܬܳܐ ܠܗܳܕܶܢ ܕܢܶܓܒܶܐ ܠܛܳܒܬܳܐ
ܘܢܶܣܠܶܐ ܠܒܺܝܫܬܳܐ ܘܠܗܳܕܶܢ ܢܶܦܠܽܘܚ ܘܡܶܢ
ܗܳܢ ܕܶܝܢ ܢܶܗܦܽܘܟ ܐܳܦ ܘܠܗܳܠܶܝܢ ܕܒܨܺܝܪ̈ܝܢ
ܡܶܢܶܗ ܐܳܘ ܒܛܶܟܣܳܐ ܐܳܘ ܒܟܝܳܢܳܐ ܢܶܒܨܶܦ ܘܢܰܥܒܶܕ
ܠܗܽܘܢ ܕܡܝܰܬܪ̈ܳܢ ..

Cum illud, ad Imaginem *indicat, aut libertatem, siue ex ijs, qui in terra sunt regnet; siue, vt discernat id, quod verè bonum est, ab eo, quod malum est; illud verò* ad similitudinem, *ostendit, quod eligat bonum, & reprobet malum, ac illud operetur, & ab hoc se auertat, & quæ minora ipso sunt, siue ordine, siue natura curet, vt ad præstantio-*

ra perducat. Non indigent profectò hi Textus, explicatione, omnibus namque luce clariores apparent, hostiumque insultus his [suffulti propugnaculis ad nihilim redigemus, dum manifestè ostendimus, liberum arbitrium omnibus inesse hominibus.

CAP. XIII. De Merito bonorum operum.

Ex negatione liberi Arbitrij deducit forsan Caluinus lib. 2. Instit. cap. 1. §. 9. & lib. 3. cap. 15. §. 3. hominem iustum cum gratia Dei minimè facere posse bona opera, quæ apud Deum meritoria sint vitæ æternæ, & putat, peccatum originale remanere in hominibus iustis, & eius contagione infici, & contaminari omnia ipsorum opera, itaut potius mortem mereantur, quam vitam æternam; immò vitam æternam mereri asseruntSyri, cum nullum in hominibus post baptismum remaneat peccatum originale, vti superius innuimus de Baptismo, tamquã ad salutem necessario, ideoque homines medijs bonis operibus gloriam cælestem acquirere non dubitant; legitur enim in Officio Maronitarũ ad Vesperas feriæ 3.

1. *Peccatum Originale probatur deleri per baptismũ, & opera bona necessaria esse ad salutem.*

ܠܥܘܡܪ ܕܫܡܝܐ ܘܠܦܘܪܣܢ ܕܒܢܝܐ ܘܠܦܘܪܣܢ ܗܘ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܚܠ

ܘܕܝܢܗ ܘܡܬܦܪܥܝܢ ܬܡܢ ܒܟܐܢܘܬܐ
ܥܒ̈ܕܐ ܕܟܠ ܐܢܫ ܒܡܐܙܢܬܐ
ܡܬܬܘܝܢ ܒܗܘ ܝܘܡܐ ܥܒ̈ܕܝ ܣܢܝ̈ܬܐ
ܘܚܕܝܢ ܒܗܘ ܐܬܪܐ ܕܙܟܝܘ ܒܛܒ̈ܬܐ ..

Iustum iudicium, & iustus Iudex, iustumque Iustitiæ Iudicium, illic enim retribuuntur conuenienter opera vniuscuiusque, in Statera; pęnitent illa die odibilia facientes, gaudebunt eo in loco, qui triumpharunt bonis operibus.

Item in Officio Sabbati ad Matutinũ

ܡܬܦܪܫܝܢ ܥܒ̈ܕܝ ܛܒ̈ܬܐ ܠܝܡܝܢܐ
ܘܥܒ̈ܕܝ ܒܝܫ̈ܬܐ ܠܣܡܠܐ ܘܥܐܠܝܢ
ܟܐܢ̈ܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܘܒܝ̈ܫܐ ܘܥܘ̈ܠܐ
ܡܬܬܫܢܩܝܢ ܒܓܗܢܐ ..

Separantur bona facientes ad dexteram; & facientes mala ad sinistram; Ingrediuntur Iusti in Cælum, & mali, atque iniqui cruciantur in Gehenna.

Ioannes Darensis lib. 3. cap. 3.

ܥܒ̈ܕܝ ܛܒ̈ܬܐ ܘܡܫܡ̈ܠܝܐ ܢܢܗܪܘܢ
ܐܝܟ ܢܘܗܪܐ ܕܙܠܝ̈ܩܐ ..

De Merito bonorum operum.

Bona facientes, & sapientes lucent instar luminis firmamenti, & paulò inferiùs

ܐܡܪ ܡܪܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܥܒܕܘ ܛܒܬܐ
ܠܩܝܡܬܐ ܕܚܝܐ ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܒܕܘ ܒܝܫܬܐ
ܠܩܝܡܬܐ ܕܕܝܢܐ. ܩܝܡܬܐ ܕܝܢ ܕܚܝܐ ܩܪܐ
ܠܒܘܣܡܐ ܘܕܛܘܒܬܐ ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܚܝܐ
ܦܫܝܛܐܝܬ ܡܛܠ ܕܐܦ ܚܛܝܐ ܕܣܪܝܩܝܢ
ܡܢ ܛܒܬܐ ܠܥܠܡ ܚܝܝܢ ܒܓܗܢܐ ..

Dixit Dominus noster, qui bona fecerunt ad resurrectionem vitæ, & qui mala ad resurrectionem Iudicij; Resurrectio enim vitæ vocat fruitionem Beatam, & non vitam simpliciter, quoniam peccatores quoque bonis operibus carentes, in æternum viuunt in Gehenna; sic etiam in Officio Maronitarum feriæ tertiæ ad Vesperas

ܥܒܕܝ ܒܝܫܐ ܗܐ ܥܒܕܘܢܝ ܢܘܟܪܝܐ ܡܢܟ ܡܪܝ

Opera mea mala ecce fecerunt me alienum à te Domine, si igitur ob carentiã Bonorum operum mortales in æterna viuunt damnatione, & mala opera eos à Deo alienant, cum contrariorum eadem sit disciplina, cõsequens est, vt bonis operibus æter-

æternã mereantur gloriã, ac Beatitudiné.

Ioannes Maro lib. 1. cap. 23. de virtute, & proprietate singulorum Sacrorũ ordinum, loquens de Episcopatu asserit

ܘܗܘ ܩܕܡ ܒܐܝܩܪܐ ܘܗܘ ܩܪܝܒ ܠܐܠܗܐ
ܘܩܪܝܒ ܕܝܢ ܐܡܪܢܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܘܗܒܬܐ ܘܠܐ
ܡܢ ܥܒ̈ܕܐ. ܡܢ ܥܒ̈ܕܐ ܓܝܪ ܟܠ ܕܨܒܐ
ܩܪܝܒ ܗܘܐ..

Et est primus in honore, & Deo proximior; proximior, inquam, ex dono, non autem ex operibus, ex operibus enim quicumque vult proximus fit. Opera igitur bona faciunt nos Deo proximiores, quid ergo in hac vita præstantius?

Idem Author lib 2. cap. 21. in expositione Symboli vitam æternam describens hæc habet

ܦܘܪ̈ܥܢܐ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܕܡܬܝܗܒܝܢ ܠܥܒ̈ܕܝ
ܛܒ̈ܬܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܒܘܣܡ̈ܐ ܐܝܠܝܢ ܕܥܝܢܐ
ܠܐ ܚܙܬ. ܘܐܕܢܐ ܠܐ ܫܡܥܬ. ܘܥܠ ܠܒܐ ܕܒܪܢܫܐ
ܠܐ ܣܠܩܘ ܕܛܝܒ ܐܠܗܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܪܚܡܝܢ ܠܗ

Mercedes autẽ hę, quæ bona operantibus dantur sunt voluptates, quas oculus non vidit,

auris

auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit id, quod præparauit Deus diligentibus se. Prosequamur ergò in bonis operibus quibus tot nobis promittuntur Beatitudines, & quidquid in contrarium proferunt hæretici tamquam deliramenta, ac noua illorum figmenta reprobare necesse est.

CAP. XIV. De Gratia Dei.

His Caluinus non contentus alia ad humanam desperationem machinatur dum ausus est dicere, Christum nō omnibus, sed solis Prædestinatis dare gratiam sufficientem; Catholica verò Ecclesia tamquam pia Mater, ac mitior totum Genus humanum amplectitur, ac Dei gratiam omnibus diffusam ostēdit; quod etiam fatentur Orientales Chaldæi, vt videre est in Liturgia magna S. Petri Apostoli apud Maronitas in Oratione Secreta post *Sanctus Sanctus*

2. *Christus Dominus non tantum Prædestinatis, sed omnibus dat gratiam sufficienter.*

ܡܘܕܝܢ ܠܟ ܡܪܢ ܚܢܢ ܥܒܕܝܟ ܚܛܝܐ
ܕܥܒܕܬ ܠܢ ܫܘܬܦܐ ܠܛܝܒܘܬܟ ܕܠܐ ܡܬܦܪܥܐ
ܠܒܫܬ ܐܢܫܘܬܢ ܘܐܚܝܬܢ :

Gratias agimus tibi Domine nos famuli tui peccatores, quoniam participes nos effecisti gratia tua, quæ incompensabilis est, indutus es

es humanitate nostra, vt viuificares nos; Itē in Officio feriæ 3. in primo Nocturno

ܛܘܒܝܟܝ ܕܗܘܝܬܝ܆ ܐܡܐ ܠܗܘ ܕܝܗܒ ܛܝܒܘܬܐ
ܚܠܦ ܛܝܒܘܬܐ ܠܓܢܣܐ ܕܥܦܪ̈ܢܝܐ ܀

Beata quoniam facta es Mater illi, qui gratiam pro gratia donauit Generi Terrestrium; si generi Terrestrium Gratia Dei impertitur, nullus ergò ab illa excluditur, qua nobis omnibus tutus aperitur aditus ad salutem.

CAP. XV. De Obseruatione Legis.

De obseruatione legis controuersia est, an homo Iustus in hac vita, non quidem suis viribus, sed cum auxilio Diuinæ gratię possit obseruare legem Decalogi, vtrumq; negant hæretici, hinc inferunt, Iustū non obligari ad seruandam legem, tum quia seruari non potest, tum quia Christus, dum nos redemit, liberauit nos ab eius obseruatione .:

Rigiditatem superius indicatam aduersus humanum Genus isti Nouatores, tamquam Vulpeculæ improbæ conantur proterue operire, nobis enim exhibent Christum, dum nos redemit, liberasse nos ab obseruatione legis, eo quia à nobis obseruari non possit, quod anti-

1. antiquiſſimis Syrorum aduerſatur monumentis; legitur enim in Officio feriæ tertiæ Maronitarum ad tertiam horam in ſecunda Oratione

Profitentur Orientales, obſeruationē diuinæ Legis non eſſe impoſſibilem.

ܘܒܢܝ̈ ܒܝܬܐ ܥܒܕ ܠܢ ܒܒܝܬܟ ܩܕܝܫܐ ܘܪܘܚܢܝܐ
ܡܛܠ ܢܛܘܪܬܐ ܕܦܘܩܕܢܝ̈ܟ ܘܢܡܘ̈ܣܝܟ ܐܠܗܝ̈ܐ.

Familiares fac nos in Domo tua Sancta, & Spirituali propter obſeruationem præceptorum tuorum, & legum Diuinarum; Habetur ex hoc Textu ſpes gloriæ æternæ propter obſeruationem præceptorum,& legum Diuinarum, hæc igitur obſeruatio ducit Viatores ad ſalutem, ideoque non eſt impoſſibilis, quod confirmatur Oratione, quæ dicitur in fine omnium horarum

ܘܒܨܠܘ̈ܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝ̈ܫܐ ܘܩܕܝ̈ܫܬܐ
ܕܪܚܡܘܟ ܘܢܛܪܘ ܦܘܩܕܢܝ̈ܟ܀

Et per Orationes omnium Sanctorum, & Sanctarum, qui dilexerunt te, & cuſtodierunt præcepta tua, euidenter hîc apparet, legem Diuinam poſſe obſeruari, ſicut eam obſeruant Iuſti, quorum Orationibus nos commendamus.

Po-

CAP. XVI. De Gubernio politico.

Politicum Gubernium curant Anabaptistæ ex Orbe Christiano eripere, & aiunt apud Christianos non debere esse neque Principes, neque Magistratus Politicos, puto enim huius generis Viros hæc opinari, vt dominationem illam prudentissimam ausugiant, qua in dies politicè eorum temeritatem persequi necesse esset; Videamus modò, quid sentiant Chaldæi contra hanc assertionem; In Missali Maronitarum in Liturgia S. Matthæi Pastoris sequentia habentur

I. Probatur dari politicum Gubernium.

ܠܡܠܟܐ ܡܫܝܚܝܐ ܘܡܠܟܬܐ ܕܕܚܠܢ
ܠܐܠܗܐ ܙܟܝܐ ܘܢܨܘܚܐ ܥܒܕ ܀

Reges Christianos, ac Reginas timentes Deii, Victores, ac Triumphatores effice: In Liturgia item S. Ioannis Chrisostomi

ܠܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܫܠܝܛܢܐ ܥܒܘܕܝ
ܨܒܝܢܟ ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ ܀

Memento Domine Regum Fidelium, ac Potentatuum efficientium voluntatem tuam: Rursus in Liturgia Sancti Marci

ܠܡܠܟܐ ܕܟܠܗ ܥܡܡܐ ܚܝܝ ܡܪܝܐ
ܠܥܡܡܐ ܕܒܗܘܢ ܒܫܝܢܐ ܀

Pla-

De Gubernio Politico. *Placa Domine Reges timentes nomen tuum; Iudices custodi timore tuo.*

Idem plane legitur in Liturgijs S. Ioannis Euangelistæ, & S. Petri, necnon in Ministro Missæ Maronitarum in tertia Commemoratione.

Ioannes Maro de hac differens materia ait lib. 1. capite 4.

ܠܐ ܓܝܪ ܠܚܝ̈ܘܬܐ ܠܐ ܪܫܢܘܬܐ ܦܩܚܐ ܘܠܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ
ܡܛܘܠ ܕܐܦ ܟܕ ܫܘܚܠܦ̈ܐ ܐܝܬ ܐܕܫ̈ܝܗܘܢ ܫܠܝܛܝܢ
ܘܫܠ̈ܝܛܐ ܘܡܫܬܥܒ̈ܕܢܐ ܗܘܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܝܟ ܟܝܢܐ܀
ܡܢ ܒܪܘܝܐ ܐܦ ܓܝܪ ܒܪܘܟܒܐ ܕܦܓܪܢ
ܗܕ̈ܡܐ ܡܫܚܠܦ̈ܐ ܐܝܬ ܬܚܬܝ̈ܐ ܘܥܠ̈ܝܐ ܗܠܝܢ
ܐܝܟ ܪܫܐ ܘܗܠܝܢ ܕܠܘܬܗ ܪܫܐ ܘܟܠܗܘܢ ܠܘܬ
ܗܘܐ ܫܠܝܛܝܢ ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ ܘܡܫܬܥܒ̈ܕܢܐ ܦܩܚܐ ܗܘ
ܘܦܘܩ̈ܕܢܐ ܘܡܢ ܒܬܪ̈ܐ ܘܡܬܟ̈ܠܐ ܘܡܠܟܘܬܐ.

Nequaquam enim Animalibus commodum est sine Principatu existere, neque Hominibus, horum quippe quamuis variæ sint species, Principes habere videmus, & subiectos; hoc autem secundùm naturam à Creatore dispositum est, etiam in compositione Corporis nostri membra varia sunt, infima, & superiora, sunt ista vt Caput,

illa

illa verò sub Capite; Et paulò inferiùs, *In Mundo quoque hoc videmus, quod constituatur nimirum ex Principibus, & subiectis, & Rectoribus, Regibus, & Potestatibus*; Si enim ex Diuina dispositione hoc sancitum fuit, nulla prorsùs remanet ratio dubitandi, an Politicum Gubernium sit inter mortales admittendum.

CAP. XVII De Verbo Dei scripto, seu de Sacrorũ librorum Cathalogo.

Varia garriunt Hæretici de Verbo Dei scripto, seù de Sacrorum librorum Cathalogo, & primò omnes illos libros reijciunt, qui ab Hebræis reijciuntur, libros nimirum *Tobiæ*, *Iudith*, *Sapientiæ*, *Ecclesiastici*, & *Machabæorum*.

Item Caluinus. lib. 3. Instit. cap. 20. §. 8. & Kemenitius in Examine quartæ Seff. Concil. Trid. asserunt, Prophetiam *Baruch* non esse Canonicam, tùm quia non extat apud Hebræos, tùm quia multi putarunt, partem esse Vaticiniorum Hieremiæ, cuius Prophetæ Notarius, & Scriptor erat Baruch.

Rursùs Lutherus, Brentius, Kemnitius, & Magdeburgenses negant, Epistolam *ad Hebræos* esse Pauli, nec vllius Apostoli; Caluinus autem asserit, esse

verè

De Verbo Dei scripto.

verè Apostolicam, tamen an sit Pauli, aut alterius Apostoli dubitat, de qua etiam ex Catholicis aliqui dubitarunt, an sit verè Pauli, vel Barnabæ, vel Lucæ, vel Clementis, vt ait Bellarminus.

Epistolas *Iacobi*, *& Iudæ* Lutherus penitùs contemnit, *de secunda* verò Petri, *& de secunda*, *& tertia* Ioannis dubitat, quamuis in Prologo Epistolæ ad Hebræos posteriorem Petri Epistolam inter Canonicas ponat.

Sunt etiam nonnulli, qui affirmant, librum *Esther*, & præcipuè septem posteriora capita non esse canonica, eo quod non extent in Textu hebraico; similiter non esse canonicum vltimum Caput Euangelij Sancti Marci, & ex cap. 22. Lucæ quidam in dubium reuocant historiam illam *de Sudore Christi Sanguineo, & Angelica apparitione, & consolatione*, neque admittunt Initium Capitis Octaui Euangelij Sancti Ioannis, in quo *Adulteræ* historia continetur.

Kemnitius non approbat in Daniele hymnum *trium Puerorum*, qui habetur cap. 3. neque historiam *Susannæ*, quæ habetur cap. 13. & historiam *Draconis*,

quem

quem Daniel interfecit, cuius opinionis fuerunt aliqui ex Catholicis, ita Bellarminus lib. primo de Verbo Dei à cap. 7. vſque ad cap. 18.

Antequam igitur perſcrutemur, quid de his ſentiant Textus Chaldaici, ſiuè Syriaci, ne hæretici audeant aſſerere hos nouos eſſe, ideoque nullius roboris, prænotare placet verſiones Chaldaicas Targumicas veteris Teſtamenti, & verſiones Chaldaicas ſimplices, ſeù Syriacas tàm veteris, quàm noui Teſtamenti procul dubio antiquiſſimas eſſe; de Prima Teſtis eſt Ioannes Balthaſſar Baũbach, qui cap. 11. loquens de Interpretibus Textus Chaldaici Targumici, ait, tres fuiſſe Interpretes, Primus fuit Ionathan Vzielis filius, qui vixit centum Annis ante deſolationem Templi Secundi, & Prophetas primò tranſtulit, ex hebraico idiomate in Chaldaicum, vt à Iudæis, qui Hebraicam linguam exactè non intelligebant, Chaldaicè legi poſſent, quam verſionem ipſe authoritate Prophetarum Haggæi, Zacchariæ, & Malachiæ confeciſſe dicitur, ex quo

1\. *De Antiquitate Textus Chaldaici Targumici Veteris Teſtamenti.*

De Verbo Dei scripto.

deducitur statim post captiuitatem Babilonicam scripsisse.

Secundus fuit Onkelus, qui filius perhibetur sororis Titi Vespasiani Templi Hierosolymitani euersoris, & interpretatus est Pentateuchum; Idem affirmat Bellarminus lib. 2. cap. 3. de Verbo Dei, subditque Psalmos, Iob, Ruth, Esther, & Salomonis opera, fuisse interpretata à Iosepho Cæco.

2. *De Textu Targumico Hierosolymitano.*

Deindè est Thargum Hierosolymitanum à Superioribus longè discrepans, nam, & Chaldaicis, Græcis, Latinis, & Persicis vocabulis est consarcinatum, ità vt Talmud Hierosolymitano, quod trecentis Annis post Templi secundi euersionem est conscriptum, consentiat, sic præfatus Auctor.

3. *De Versione Chaldaica, seu Syriaca, quæ vocatur* Simplex.

Versionis autem Chaldaicæ *simplicis*, seù Syriacæ, quam Syri ܦܫܝܛܬܐ appellant præter aliam, quam ܡܒܝܢܬܐ dicunt, nempè septuaginta Interpretum quæ continet Pentateuchum, Iosue, Iudicum, Ruth, Samuel, Paralipomenon, Prouerbia, Cantica Canticorum, & Iob, Author fuit Salomon depræcante Hyram Rege Tyrorum; reliquorum verò

libro-

librorum tàm veteris, quàm noui Testaměti Interpretes fuerunt Sanctus Thaddæus Syrorum Apostolus, alijque Apostoli tempore Abagari Regis, vt notat Gabriel Syonita præfatione in Psalmos Syriacos ex Soadædo Episcopo Hadtensi, cui Sententiæ videtur fauere Abrahamus Ecchellensis in quibusdam notis ad Bibliam Chaldaicam, quæ extant in Bibliotheca Vaticana, quamuis Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei cap. 4. asserat, Syros arbitrari noui Testamenti versionem fuisse factam à Sancto Marco Euangelista.

His itaque suppositis videndum est, an in hoc Textu Chaldaico simplici, seù Syriaco vtriusq; Testamenti extent præfati libri, atque Capitula, quæ & desiderantur in Hebraico Textu, & reijciuntur ab hæreticis, & an verè isti libri apud Syros pro Canonicis teneantur; De Textu Chaldaico Thargumico, nihil in præsenti differemus, quia cum sit paraphrasis Textus Hebraici, ideoque omnia, quæ desiderantur in vno, desiderantur in alio.

Sacrorum itaque librorum Canon, & Cathalogus idem est apud Syros, at- 4. *Consensus Syrorum cum*

Romana Ecclesia de Cathalogo Sacrorum librorum Veteris Testamenti.

que apud Romanos nullo reiecto; in Codice enim Syriaco, qui extat in Bibliotheca Vaticana, & in alio Sergij Risij Archiepiscopi Damasceni inter Canonicos libros sunt libri Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, Ecclesiastici, & Machabæorum, nec non Prophetia Danielis, & continet ea omnia, quæ desiderantur in hebraicis voluminibus, nempè à versu 24. inclusiuè capitis tertij, vsque ad versum 90. item continet historias Susannæ, Idoli Bel, & Draconis.

5. *In quo discrepet Prophetia Baruch ab Editione Latina.*

Difficultas tantùm remanet de Prophetia Baruch, multi enim dicunt non esse in Textu Syriaco, alij affirmant extare, sed penitùs discrepare à Latina, vti legitur in Biblia Regia Parisijs impressa, in qua ponitur Prophetia Baruch, quæ vulgatæ non respondet.

Ad cuius rei pleniorem dilucidationem obseruandum est primò, falsam esse deductionem Prophetiam Baruch non extare in Textu Syriaco, eò quòd in aliquibus codicibus desideretur, hoc namque Scribarum tribuendum est placitis, quod manifestè colligitur, tùm ex multis codicibus, & præsertim in duobus

præ-

præfatis, tùm ex Cathalogo Sacrorum librorum, qui videri poteſt in Voluminibus Conciliorum Syriacorũ præfixus Nicæno Concilio, quæ extant tùm in Bibliotheca Vaticana, tùm in Bibliotheca Collegij Maroninarum de Vrbe, nec non in lib. Conſtit. Syriac. qui in relatis proſtat Bibliothecis, in quibus non tantùm Prophetia hæc, verùm etiam inueniuntur omnes illi libri Canonici, qui ſunt in Biblia vulgatæ editionis.

Secundò obſeruandum eſt multum à veritate aberrare illos, qui exiſtimant, Prophetiam Baruch diſcrepare à latina; in Syriacis namque Textibus hæc Prophetia in duas diuiditur Epiſtolas, quarum prima ſic incipit.

ܗܠܝܢ ܦܬܓ̈ܡܐ ܕܫܕܪ ܒܪܘܟ ܒܪ ܢܪܝܐ ܠ
ܬܫܥܐ ܫܒ̈ܛܝܢ ܘܦܠܓܗ ܗܘ ܕܐ
ܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܒܥܒܪܐ ܕܢܗܪܐ ܦܪܬ ..

Hæc nimirum ſunt reſponſa, quæ miſit Baruch filius Neriæ ad nouem tribus, & dimidiam, quæ erant trans flumen Eufratem, quæ Epiſtola in Vulgata deſideratur; Secunda verò reſpondet penitùs vulgatæ,

De Verbo Dei scripto.

sed in Syriaco non extat vltimum Caput, videlicèt Sextum, quod est in latina; hinc est, quod ob completorum exemplarium forsan carentiam in Biblia Regia Parisiorum, cum fuerit impressa prima tantum Epistola, fuit falsò deductum, hanc Prophetiam prorsùs discrepare à Vulgata, hoc enim concederetur tantúm, quoad primam, non autem quoad secundam Epistolam.

Librum Esther non dubitant Syri esse verè Canonicum, quamuìs in eorum Textibus desiderentur septem vltima capita, de quibus etiam dubitarunt Sanctus Hieronymus, Nicolaus de Lira, Dionysius Cartusianus, Hugo, & Thomas de Vio Cardinales, & Sixtus Senensis in libro primo & octauo Bibliothecæ Sanctæ, vt ait Bellarminus libro primo de Verbo Dei cap. 7.

6. *Idem consensus probatur de libris Noui Testamenti.*

In nouo Testamento admittunt Epistolam ad Hebræos esse verè Pauli, nec non alias Epistolas cæterorum Apostolorum, Iacobi videlicèt, Iudæ, secundam Petri, & secundam, & tertiam Ioannis, nihilque penitùs dubitant de Sudore Christi Sanguineo, & Angelica appari-

ri-

ritione, & consolatione, quæ habentur in cap. 22. Lucæ, nec de vltimo Marci Euangelistæ capite, hæc namque omnia in eorum Textibus extant, & per Annum inter Missarum, Diuinorumque Officiorum solemnia ex ambone leguntur, & à Syris Authoribus citantur, & varijs commentarijs explicati fuere, quorum Indicem exhibet nobis Hebdeiesu ab Ecchellensi iam editus.

Historia verò Adulteræ, quæ continetur in principio capitis 8. Ioannis, quamuìs in multis exemplaribus Syriacis non inueniatur, in aliquibus tamen non desideratur, vt videre est apud Brianum Vvaltonum in Biblia Polyglotta, in qua Adulteræ historia legitur in Textu Syriaco Euangelij Ioannis, & ait, illam deprompsisse ex Codice Bibliothecæ Vsserij; qua in re omittendum non est, quod longus mihi cum Syris in Oriente probauit vsus, eos, Codicibus quibusdã Euangeliorum vti, qui totius Anni Euangelia continent, tali ordine disposita, vt ea tantùm capita complectantur, & eo ordine, quo in Dominicis, & festis Anni legi solent, quapropter cum Adulte-

De Traditionibus.

ræ Historia iustis de causis publicè in Ecclesia minimè legeretur, factum est, vt pluribus amanuensibus consultò fuerit prætermissa, qui suos Codices describebant ad vsum tantummodò Ecclesiarum, immò ipsa exemplaria, quæ eo scripta sunt ordine, quo nobis ab Euangelistis relicta sunt non in capita diuisa leguntur, sed in lectiones, quod videre est in Exemplaribus iam editis, & manuscriptis omnibus. Idem videre est in alio Codice, qui Acta Apostolorum, & Epistolas Catholicas cum cæteris Pauli Apostoli complectitur.

CAP. XVII De Verbo Dei non scripto, seu de Traditionibus.

Hæretici huius temporis, vti Caluinus lib. 4. Instit. cap. 8. §. 6. 7. 8. & alibi, Ioannes Brentius in Prolegomenis contra Petrum de Soto; Martinus Kemnitius in lib. Theologiæ Iesuitarum, & Hermannus Hamelmannns, non admittunt nisi Verbum Dei scriptum, ideoque negant Verbum Dei non scriptum, seù Traditiones quæ in Apostolicas, & Ecclesiasticas diuiduntur; Syri tamen illas vnico ore admittunt, & fatentur præter Verbum Dei scriptum extare quasdam Traditiones emanatas ab Apostolis,

quæ

quæ quamuis expresſa in Scriptura non habeantur, parem tamen cum Scriptura authoritatem habent, & quasdam alias ab Ecclesia introductas per Prælatos, quæ à Christianis seruari debent. 1. *Admittunt Syri Verbum Dei non scriptum, seu Traditiones.*

De prima parte non dubitant, admittunt enim Ieiunium Quadragesimæ, Symbolum fidei esse verè Canonicum, & Apostolicum, Infantes esse baptizandos, Beatam Mariam Matrem Christi semper mansisse Virginem etiam post partum, in Baptismo pronuntiandam esse certam formam Verborum, & nisi pronuntietur, Baptismum non esse validum, certum, ac determinatum esse numerum Sacramentorum, Aquam Vino esse miscendam in Calice Eucharistico; Eucharistiam sumendam esse à Ieiunis, in Sacrificio orandum esse pro Defunctis, quæ omnia probantur ex eorum Ritualibus, Breuiarijs, & Missalibus, de quibus aliqua superiùs innuimus in Tractatu de Sacramentis in particulari. 2. *De Traditionibus Apostolicis.*

Neque secunda pars est controuersa, & desumitur ex eo, quod amplectantur Concilia generalia, & celebrent solemniter varios dies festos ab Ecclesia sta- 3. *De Traditionibus Ecclesiasticis.*

ſtatutos, vt videre eſt in præfatis eorum libris, vbi celebrationes feſtorum, Proceſſiones, & alia huiuſmodi continentur, vt continuatam per tot Sæculorum ſeriem eorum conſuetudinem ad hanc ipſam diem prætermittam, qui hos omnes ritus celebrant, & imminente iugulis Tirannide, maiorum traditiones ſeruant intemeratas, quod doctis pariter, & indoctis ſine alia probatione deſertæ religionis reos, hodiernos Nouatores luculentiſſimè conuincit.

CA. XVIII. De Antichriſto.

Poſtquam de Sacramentis, rebuſq; Deo, & Eccleſiæ pertinentibus loquuti ſumus, pauca de Antichriſto diſſerere me cogit hæreticorum petulantia, qui non vnum tantum, ſed plura monſtra aſferunt ex Affrica, vt notat Henricus Fitz Soc. Ieſu lib. 1. cap. 10. part. 5. n. 6. Brittonomachiæ.

1\. *Varia Nouatorum figmẽta de Antichriſto proponuntur.*

Pouellus cum alijs lib. 1. cap. 1. §. 8. loquens de Antichriſto ſic ait: *Antichriſtus natus eſt tempore Apoſtolorum, cæpit regnare tempore Phocæ Imperatoris, reuelatus eſt tempore Lutheri, deſtruetur in fine Mundi.*

Recentes Samoſateni in Hungaria,

&

& Transiluania in libello inscripto, *Præmonitiones Christi, & Apostolorum de abolendo Christo per Antichristum*, docent, Antichrristum paulò post tempora Apostolorum apparuisse, nimirum circa annum 200. quando cæptum est prædicari, Christum esse filium Dei æternum.

Nasserus in Apocal. pag. 66. ad 68. Syluestrum Papam delirat, fuisse Antichristum sub anno Domini 313.

Philippus Melancton asserit ab anno 420. Zosimum Papam fuisse Antichristorũ Ducem, á quo reliqui Pontifices nihil degenerarunt. Is autem ibidem de 4. præcep. existimat, Turcam ab anno 900. fuisse Antichristum, cui adhæret Bucærus in psal. 22.

Beza in confess. Geneu. cap. 7. n. 12. & Vittak contrà Bellarminum aiunt, Leonem Pontificem Anno 440. Architectum Antichristiani Regni fuisse, & alio loco præfatus Vittak aduersus Bellarminum con. 2. quæst. 4. dempto Gregorio, omnes sequentes Pontifices fuisse Antichristos desipit.

Lutherus in explicat. primæ Epistolæ S. Petri, & in supput. temporum, nec-

De Antichristo. necnon Iunius in secundo Elencho affirmare ausi sunt, Gregorium fuisse Antichristum, qui anno 600. polluit Sanctitatem.

Simon Vocon cum alijs docet, dempto Sabiniano, omnes reliquos Romanor Pontifices fuisse Antichristos ab anno 607. & Dunham vult Gregorium VII. primum fuisse manifestum Antichristũ ab anno 1074. Alij autem arbitrantur, prodijsse anno 1200. aliqui 1260. alij verò 1300.

Præter hos ab Henrico citatos Philippus Mornæus, in Mysterio (suæ) iniquitatis, in inscriptione quadam ad Paulum V. ex numero illo 666. qui c. 13. Apocal. dicitur esse numerus nominis Bestię idest Antichristi, infert magno suorum applausu, Paulum V. fuisse Antichristum, quod Argumentum si valeret, aptissimè & legittima illatione illud consequens caderet in Martinum Lutherum verum Antichristi Præcursorem, cuius nomen eumdem reddere numerum, Bellarminus notauit ad refellendas horum Trasonum ineptias.

Lutheranorum, & Caluinistarum qui-

quidam relati à Genebrardo lib. 3. Chronic. ſect. 7. Vitalianum ſummum Pontificem Antichriſtum eſſe autumant, ex eo quod ſub eius Pontificatu fluxerit annus Chriſti *666.* qui eſt numerus Antichriſti, vti in præcedenti notatum eſt.

Plerique noſtri temporis hæretici duo præcipuè proferunt, primum nimirum, quod dicitur de vno Antichriſto non conuenire vni homini, ſed vni Throno, ac Monarchiæ, ſic tenent Magdemburgenſes centuria 1. fol. 2. capite 4. colum. 435. Beza, Caluinus in cap. 2. primæ Ioannis, vt notat Bellarminus lib. 3. de Rom. Pontifice cap. 2.

Secundum, quod verus Antichriſtus non ſit niſi Papa Rom. ſic Lutherus, Libellus Smalcaldicus, Caluinus, Illyricus, Tilemannus, & Chytræus à Bellarmino citati l. 3. de Romano Pontifice c. 18.

Sed quantum iſti à veritate aberrent, probant vetuſtiſſima Syrorum monumenta de Antichriſto, qui ab illis ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ hoc eſt *Chriſtus mendax* appellari aſſolet, de quo ſat erit audire ſequentes.

Ieſudad Epiſcopus Hadtēſis Chaldæus in

De Antichristo.

in expositione locorũ difficilium Sacræ Scripturæ ad c. 49. Geneseos asserit Dan, Serpentem, dictũ fuisse à Parẽte Iacobo, quia ex Tribu eius futurus est Antichristus

2. *Orientalium Opinio de Antichristo.*

ܫܡܗ ܚܘܝܐ ܠܕܢ ܡܛܠ ܕܡܢܗ ܢܬܚܙܐ ܐܢܛܝܟܪܝܣܛܘܣ

Serpentem vocauit Dan, quia ex eo apparebit Antichristus; quæ sententia apud Orientales videtur esse communis, eiq; adstipulatur Ioannes Episcopus Darensis in notis ad ca. 13. Apocal. cuius omnia verba de hac præsẽti materia hic adnotare placet

ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ ܡܢ ܫܒܛܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ
ܐܝܟ ܟܬܒܐ ܘܐܟܘܬܐ ܦܫܝܛܐ ܘܟܠܗܘܢ
ܦܪܘܫܝ ܕܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܣܗܕܝ. ܦܫܝܛܐܝܬ ܗܘ
ܕܝܢ ܕܓܠܐ ܠܓܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܡܢܗ ܢܦܩ ܘܐܦ
ܘܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ ܕܡܢ ܗܘܘ ܡܣܬܒܪܝܢ
ܠܗ ܝܗܘܕܝܐ ܕܢܦܪܘܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܫܥܒܘܕܐ
ܘܢܛܠ ܠܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܪܥܐ ܘܢܫܠܛ
ܐܢܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ
ܒܠܚܘܕ ܢܩܒܠ ܠܗ ܐܠܐ ܐܦ ܫܡܫܐ
ܚܢܦܐ ܡܛܠ ܕܐܬܘܬܐ ܘܬܕܡܪܬܐ ܕܥܒܕ
ܠܥܝܢܝܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܓܒܝܐ ܘܠܩܕܝܫܐ
ܕܡܫܝܚܐ

ܒܡܫܝܚܐ ܡܪܢܐ ܕܢܦܩ ܠܐܘܪܚܐ. ܒܬܪ ܕܝܢ
ܘܢܦܩ ܠܫܘܩܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܢܫܬܐ ܠܒܝܬܗ
ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܥܒܕܐ ܬܫܡܫܬܗ ܣܘܥܪܢܗ
ܘܫܠܡܗ ܕܗܘ ܕܠܗ ܩܐܡ ܒܬܘܪܨܘܬܗ ܘܫܠܡ
ܡܢܗܘ ܒܥܠܐ ܪܒܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܫܝܚܐ ܒܝܪܚܗ
ܕܠܗܘܐ ܚܝܐ ܠܗ ܫܘܚܠܦܐ ܫܢܝܐ ܘܠܒܫ
ܗܘ ܠܒܫܐ ܗܠܝܢ ܕܠܝܬ ܘܠܐ ܦܓܘܪܐ ܠܒܪܢܫܘܬܗ
ܒܫܡܝܐ ܦܓܪܐ ܘܡܢܗ ܒܢܦܫܐ ܕܡܢ ܒܝܬ
ܠܐ ܗܘܐ ܘܠܐ ܢܬܦܠܓ ܘܡܢ ܢܫܬܢܝ ܐܝܟ
ܗܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܚܕ ܘܐܠܗܐ ܘܒܪܢܫܐ
ܠܗ ܒܠܐ ܫܘܚܠܦ ܘܒܠܐ ܕܡܬܚܠܛܘ
ܘܡܬܚܠܛܘ ܘܒܫܘܚܠܦܐ ܡܢܗܘܢ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܫܘܪܝ ܕܒܚܠܗܘܢ ܘܠܗ ܡܫܝܚܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܗܘ ܕܝܢ ܕܗ ܗܘ ܕܠܗ ܢܦܫܐ ܦܓܪܢܝܐ
ܘܢܦܫܐ ܠܗܘܢ ܒܫܘܚܠܦܐ ܘܒܪܫܝܬܗ ܘܦܓܪ
ܠܐܝܠܝܢ ܐܝܬܝܗ ܘܦܪܘܫܐ ܠܗܘܢ ܒܠܐ
ܡܪܝܐ ܕܢܘܗܪܐ. ܒܬܪ ܫܘܚܠܦܐ ܘܐܬܟܢܫ
ܡܢ ܐܪܒܥܐ ܦܪܨܘܦܝܢ ܕܐܦ ܒܬܪ ܫܠܡ
ܘܐܠܗܐ ܗܘܐ ܡܫܝܚ ܡܫܝܚܘܬܗ ܕܡܢܗ ܕܡܢ
ܒܠܐ ܫܘܚܠܦ ܕܗܘܐ ܚܕ ܕܦܓܪܢܝܐ ܠܗ
ܘܦܓܪ ܠܡܠܬܗ ܕܠܗ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܡܪܢܐ ܀

De Antichristo.

Christus mendax, siue Antichristus ex Tribu Dan apparebit iuxtà mentem multorum Patrum, ac propterea Sacra Scriptura appellauit illum serpentem; Dicitur autem mendax maledictus iste, quoniam mentietur, ac dicet se esse Christum iamdudum expectatum à Iudæis, vt erueret eos à seruitute, & Regnum terræ elargiretur illis, bonisque ipsius eos cumularet; At non Iudæi tantùm sequentur eum, sed etiam populi quamplures propter ingentia miracula, quæ patrabit coram eis, itaut Iustos quoque, ac veros Christifideles pelliciat, decipiatq; multis seductis Populis descendet Hierosolymam, ac figet tentoria sua circa illam, & in medio Templi eius collocabit sedem suam, & tunc exclamabit alta voce; Ego sum Christus filius Dei Viui, mihi debetur adoratio, mihi debetur cultus, quicumque ergo voluntati eius non acquiescet, gladio interimet eos, eaque patrabit mala, quæ nunquam facta sunt, nec audita; tunc descendent duo venerabilrs Senes, nempè Enoch, & Elias, qui arguent eum malorum suorum, & mendaciij, & deceptionis, multisque ostendent populis, qui eum sequuti sunt, ipsum mendacem esse, & non verum Messiam; quibus audi-

auditis ardebit, & inflammabitur ira, ac statim iniјciet in eos manus, & mactabit super Altare Syonis; Multi Scriptores, & Patrum nonnulli arbitrantur, quod etiam cum Enoch, & Elia, tertius erit Ioannes dilectus Domini nostri, vt ex omni lege sit vnus, qui illum mendacij arguat, & testetur ipsum non esse verum Christum.

Hebediesu in lib. Apum capite 45. cuius titulus est

ܥܠ ܡܐܬܝܬܗ ܕܐܢܛܝܟܪܝܣܛܘܣ ܒܪ ܐܒܕܢܐ

De aduetu Antichristi filij perditionis, sic ait

ܡܬܓܠܐ ܒܪ ܐܒܕܢܐ ܡܢ ܙܪܥܐ ܘܡܢ ܫܒܛܐ ܕܕܢ.

Manifestabitur filius perditionis ex semine, & ex Tribu Dan, & alio loco eiusdem capitis subdit

ܗܪܟܐ ܡܬܒܛܢ ܒܟܘܪܙܝܢ ܘܡܬܝܠܕ
ܒܒܝܬ ܨܝܕܐ ܘܡܬܪܒܐ ܒܟܦܪܢܚܘܡ.
ܡܛܠܗܢܐ ܠܬܠܬܝܗܝܢ ܗܠܝܢ ܡܪܢ ܘܝ
ܩܪܐ ܠܗܝܢ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ.

Hic generatur Corozaim, nascitur Bethsaidæ, & educatur Capharnaum, ideoque illis tribus, Dominus noster in Euangelio mi-

natur Veh. Idemque planè affirmat Gregorius Barebræus in lib. Splendorum cap. 2. de fine Mundi Sect. 2. & afferunt, Christum Dominum ideò dixisse illis tribus Ciuitatibus *Veh*, vt legitur in Euangelijs Matthæi cap. 11. vers. 23. & Lucæ cap. 10. vers. 13. *Veh tibi Corozaim, veh tibi Betsaida*, & paulò inferius, *& tu Capharnaum*, quia illis in locis Antichristus manifestandus erat.

Sunt etiam nonnulli ex Syris, qui existimant, Antichristum hunc nasciturum fore, ex nefario, & sacrilego Monachi cuiusdam, & Monialis congressu, in reliquis verò conueniunt cum alijs.

3. *Ex Orientalium textibus de Antichristo, illi Nouatorum confutantur.*

Quod dicitur igitur de Antichristo non conuenit vni Throno, seù Monarchiæ, neque Summo Romano Pontifici, de quibus nulla fit mentio á supracitatis Authoribus, quamuis sint eorum plerique Ecclesiæ Romanæ hostes, ac hæresis labe infecti.

Sed satis; finem tandem huic imponamus Opusculo, quod firmius roborare placet authoritate Iacobi Arminij primariæ Classis inter reformatos Authoris qui disput. priuat. Thes. 13. de

Obie-

Obiecto Christ. Relig. num. 14. pluribus inculcat, consensum Populorum instar legis, imò Oraculi Diuini, habendum esse, ac venerandum, hisce verbis: *Accedit denique perpetuus, & vniuersalis omnium populorum consensus, qui instar legis, imò Oraculi Diuini habendus est;* Et Orat. 3. de certitudine Sacrosãctæ Theologiæ subdit. *Negare miracula, quæ Gentilium, & Iudæorum testimonia habent, manifestæ impudentiæ est, & execrandi stuporis;* quo magis ergò manifestæ impudentiæ, & execrandi stuporis erit negare consensum omnium Christianarum Nationum Orientis de supradictis rebus ad fidem spectantibus? Quoties igitur has omnes Nationes, & Sectas vno ore, vnaque voce in hæc asserendo conuenire videmus, non humanum sanè id inuentum esse arbitremur, sed diuinitus mortalium illapsum animis, & cogente cælitus veritate prolatum, nam vbi nullus assentandi locus, nulla commodi alicuius assequendi spes affulget, nullus gloriæ captandæ aditus, quid cogit istos Romanæ Ecclesiæ hostes in omnibus supradictis articulis cum illa assentiri, nisi

omnium fortissima veritas, cuius talis status est (inquit D. Chrisostomus homil. 3. de Iuad. Pauli) *vt etiam multis impugnantibus, suscitetur, ac crescat.*

Concludendum igitur est cum Io: Cotouico Vltraiectensi diligentissimo, atque oculato Syriæ perscrutatore, qui in Itinerario Hierosolymitano, & Syriaco, postquam diuersarum Orientis Nationum Christianarum recensuerit Ritus, Cęremonias, atque hæreses sic ait lib. 2. cap. 6. in fine. *Si quis autem Christicolarum Orientalium mores, cęremonias; ritusque Sacros rectè consideret, quamuis à veritatis Ortodoxæ semita nonnullos aberrasse intelligat, vestigia nihilominus veræ fidei, & Traditionis Apostolorum posteris reliquisse facilè comperiet, dum animaduertit, eos etiamnum Sacra mysteria diuersis licet ritibus, & cæremonijs, eadem tamen opinione, & fide cum Romanæ, seu Occidentalis Ecclesiæ Catholicis suo quemque idiomate peragere, statis anni temporibus Ieiunia celebrare, ijsdem ab esu Carnium omninò abstinere, claustris Monachos concludere, Templa Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas ritè consecrare, in Choris preces Canonicas*

nicas decantare, in Mysterijs Eucharisticis Sacra Veste, & Ceremonijs vti, in Aris Sanctorum, & præsertim Crucis Christi Icones, accensosque cereos non recusare, præter Dominicum diem plurimos etiam Diuorum festos Dies agere, eosque velut amicos Dei inuocandos censere, multosque alios obseruare Ritus, & Ceremonias, quibus Populum ad deuotionem, & Diuini Numinis cultum excitent, illorum autem hæc commenta esse, qui nunc viuunt, vel paulò ante vixerint, nemo Prudens suspicabitur, qui experientia teste didicerit, nunquam in semotissimis mundi partibus disseminatos errores in eosdem ritus, eamdemque Sententiam conspirasse.

Quem vniuersalem Orientalium Nationum consensum cum Ecclesia Occidentali, confirmat Stephanus Lusignanus in Cathalogo Virorum Illustrium, vbi loquẽs de Armænis, Cophtis, Æthyopis, Maronitis, ac Iacobitis, sic habet. *Omnes habent Archiepiscopos, Metropolitas, Episcopos, ac reliquas Ecclesiasticas dignitates à suis Patriarchis, qui omnes tenent hæc, Sacros Ordines omnes, & dignitates Ecclesiasticas, Sacratissimum Sacrificium*

Missæ; Tenent in Sacra Hostia Altaris verè, & realiter, & sacramentaliter per transsubstantiationem Panis, & Vini, esse ibi verum, Corpus, & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, tenent Imagines Sanctorum cum maxima reuerentia, & veneratione; Tenent intercessiones Sanctorum.

Hanc tibi benignè Lector exhibeo ex multis Syriæ, & Arabiæ odoriferis virgultis Antidotum bonam, vt inquit Epiphanius ad salutem vtentium præparatam ex voluntate Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quo si Nouatores vti voluissent, & Ecclesiæ traditionem omniũ Ecclesiarum consensu roboratam adhibuissent non eos profectò morbos in Orbem Catholicum inuexissent, quibus tam nobilis Europæ pars affecta calamitatem ipsa suam iam sentire non potest, tabe supernam cerebri sedem corripiente, & in ipsum Vitæ principium irrumpente malo; Surgant qui tam pestifero opprimuntur somno, & oculos per totum Christianum Orbem attentè circumferant, sentiant aliquando totum Orbem contrà suos reclamare errores, & omnes Nationes eorum improbare sententias,

has

has leges,& hæc instituta,quæ illi ex sede sua commouerunt, incredibili consensu summaque concordia ab omnibus Ecclesijs doceri; Iactare iam desinant hæc latina esse nuper à Romanis Pontificibus instituta, cum hæc à Nestorianis, Iacobitis, & alijs Romanæ Ecclesiæ antiquissimis hostibus ab ipsismet Christianæ Religionis cunabulis, vt supra demonstrauimus, recepta ac probata perspexerint.

FINIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

A

Asi flumen. Vide Orontes.
Aba Patriarcha Chaldæorum Romæ electus, pagina 20.
Absolutionis variæ formulæ in Sacramento Confessionis. 201. 202. *Absoluunt Syri deprecatiuo modo. ibidem,* & 203. *an hic Ritus obseruabatur antiquitus in Ecclesia Latina.* *ibid.* & 204.
Abyssini. Vide Æthyopes.
Accar Regio in Libano Tripolitanæ ditionis. pag. 90.
Accon Vrbs. Vide Ptolemais.
Acolytus. Vide Subdiaconi Ordinatio.
Adonis fluuius Phœniciæ. 82.

Ado-

Adoratio Crucis probatur ex textibus Syrarum Nationum. 332.*vsq; ad* 336.
Adulteræ historiam, quæ habetur in principio Cap.viij. Ioannis, an Syri admittant. pag. 391.392.
Ægyptij Coptitæ Christianæ Religionis Operarij in India. 15.
Æthyopes vnà cum Baptismo vtuntur Circumcisione. 37. *addunt Cauterium cādenti ferro in aliqua Vultus parte. ibid. quæ sit eorum hæresis.* 24. *cuius sint asseclæ.* 26. *ob carentiam Vini quomodo celebrent Missæ Sacrificium.* 36. *fuerunt Christianæ Religionis Operarij in India. pag.* 15.
Amulij Cardinalis epistola de fide Chaldæorum. 104.105.
Anabaptistæ quid sentiant de Infantium Baptismo. 123. *quid de politico gubernio.* 381. *Impugnantur à Syris.* 124. 381.382.383.
Anaphora quid sit. 113.
Angelicam apparitionem quæ habetur. Cap. 22. *Lucæ, admittunt Syri.* 391.
Antaradus Vrbs. Vide Tortosa.
Antichristi aduentum fatentur Nouatores varijs figmentis. 394.395.396.397.
Quid

Quid sentiant Syri. 397. *vsq; ad* 402.
An nomen Antichristi conueniat vni Throno, seù Monarchiæ, vel Summo Romano Pontifici. 402.
Antilibanus Mons Phœniciæ. 83.
Appellationis Canon Concilij Nicæni editionis arabicæ. Vide Romani Pontificis Primatus.
Aqlim Alcarrob. Vide Clima Siliquarum.
Aqlim Alsciumar. Vide Clima Fæniculorum.
Aqlim Alteffahh. Vide Clima Pomorum.
Aqura in Libano vbi residet Episcopus. 90.
Archidiaconatus. 224.
Archiepiscopatus. 224.
Archipresbyteratus. 224.
Archis Vrbs Phœniciæ Libanicæ. 82. 87.
Armeni quam hæresim sint amplexi. 24. *Cuius sint Assecla.* 26. *Non admiscent Calici aquam.* 35. *Vtuntur Azymis. ibid.*
Assassinij Populi qui sint. 87. *Cur sic denominati. ibid. De eorum Principe, Regione, ac fide.* 88.
Auel flumen. Vide Leon.
S. Aughen caput septuaginta duorum Monachorum Cophtorum. 21.
Azy-

Azymus panis apud quas Nationes Syrorum sit materia Eucharistiæ. 168. *Exponuntur authoritates pro Azymis.* 169. *vsq; ad* 176. *Quæstio de Azymis inter Maronitas, & Melchitas.* 178. 179. 180. *Exorta fuit ante sextam generalem Synodum.* 183. *An Maronitæ semper vsi sint Azymis.* 187. 188.

B

BAalbech Vrbs. Vide Heliopolis.

S. Balai Syrus, qua floruerit ætate. 47. *De eius metro in Poesi.* 50. 51.

Ban Oppidum Phœniciæ Libanicæ. 84.

Baptismus. De Baptismi Sacramento quid sentiant Syri. 120. 121. *Nullus ab eo excluditur contra Caluinum. pagina* 121. 122. 123.

Baptismus masculorum cur apud Syros ad quadragesimum, & fœminarum ad octuagesimum diem protrahatur. 125. 126. *Eiusdem variæ formulæ.* 126. 127.

Barsauma Metropolita Nisibensis, quam Hæresim suscitauerit in Mesopotamia. pag. 12.

Barsumam Monachum Syrum Etherodoxum

xum recensent Iacobitæ in Dypticis Missa. 53. Eius festiuitas. 54.
Bekfaia in regione Kesruan. 61.
Bered flumen in Libano. 90.
Berytus Vrbs Phœniciæ Marittimæ. 82.
Eius Diœcesis. 87.
Bona opera vitæ æternæ meritoria, & necessaria ad salutem admittunt Syri. 374. *vsque ad* 378.
Botris Vrbs Phæniciæ Marittimæ. 82.
Eius Diæcesis. 87.
Bqaa Phæniciæ Regio. 86.
Bsciaræ Diœcesis. 84.
Bsciarrai in Libano. 89. *Eius descriptio. pag.* ibid.

C

CÆlibatus. 232. *Argumenta pro Cælibatu.* ibid. & 233. *Quid de eo sentiant Syri.* ibid. & 234. 235. *An vsus copulæ in Ordinatis viguerit etiam in Occidente.* 236. 237. *Soluuntur argumenta pro Cælibatu.* 239. *vsque ad* 250.
Cæsarea Philippi Vrbs Phæniciæ Libanicæ. pag. 82.

Cal-

Caluiniſtæ quid ſentiant de Baptiſmo. 119. 121. *Quid de Sacramento Euchariſtiæ*. 134. *Quid de Sacramento Ordinis*. 215. *Quid de Sacramento Matrimonij*. 251. *Quid de Eccleſia*. 250. *Diſcrepant inter ſe in varijs Fidei Dogmatibus*. 265. *Omnes ſunt concordes contra Romanum Pontificem*. 263. 264. *Quid de Apoſtolorum ſtatutis*. 277. *Quid de Poteſtate Papæ*. 285. *Quid de Purgatorio*. 314. *Quid intendant eſſe de ratione Sacrificij*. 330. *Quid de adoratione Crucis*. 332. *Quid de Reliquiarum cultu*. 337. *Quæ templa admittant*. 339. *Quid dicant de peregrinationibus ad loca Sancta*. pag. 343. 344. *Quid de Monachatu*. 354. *Quid de Eremitis, & Solitarijs*. 359. 360. *Quid de Chriſto*. 361. *Quid de Dei infinitate, & Æternitate*. 364. *De Vbiquitate Dei*. 366. *Quid de Decretis Dei, & an ſint ab æterno*. 368. *Quid de libero arbitrio*. 370. *Quid de bonis operibus, & an ſint neceſſaria ad ſalutem*. 374. *An Deus tribuat omnibus gratiam ſufficientem*. 378. *Quid de Sacrorum librorum cathalogo*. 383. 384.

384. *Quid de Traditionibus*. 392. *Quid sentiant de Antichristo*. 395. 397.
Cannobin Monasterium insigne in Libano. pag. 88.
Canones Arabici Concilij Nicæni præter viginti, qui Grecè, & Latinè extant quot sint. 271. *vsq; ad* 275. *Quomodo fuerint asseruati inter Orientales*. 275. 276.
Cantor. *Vide Psaltes*.
Castrum Peregrinorum. 81.
Cathalogus Sacrorum Librorum veteris Testamenti, an discrepet apud Syros à Latina editione. 387. *vsque ad* 390. *Quid sentiant Syri de Libris Noui Testamenti*. pag. 390. 391. 392.
Cedrus Libani. *Vide Libanus Mons*.
Cerinti Doctrina circa vsum Circumcisionis. 40.
Chaldaicam Linguam quis inuexerit in Indiam. 17.
Chaldaici, seu Syriaci textus tam Veteris quam Noui Testamenti qui fuerint Interpretes. 386. 387.
Christianam Religionem quis inuexerit in Indiam. 16. *Qui eam propagauerint*. pag. 15.

Chris-

Chrismatis Sacramentum. Vide Confirmatio.

Christus an passus sit pro omnibus. 361. *vsque ad* 364.

Circumcisio apud Abyssinos, & Coptitas an sit Sacramentum, vel simplex consuetudo. 38. 39. 40.

Cleri nomen quid importet. 230. 231.

Clima Fæniculorum. 85.

Clima Pomorum. 85.

Clima Siliquarum. 85.

Communio sub vtraque specie obseruatur ab Orientalibus. 191. *Non damnant illam sub vnica specie.* 191. *vsq; ad* 195.

Concilium Carthaginense quid senserit de Canone Appellationis in Concilio Niceno sancito. 282. 283. *Respondetur argumento allato ab Episcopis Affricæ super præfatum canonem.* 283. 284. 285.

Concilium Quinisextum cur ita vocatum. pag. 239.

Confessionem auricularem admittunt omnes Syri. 195. *vsq; ad* 201.

Confirmatio an sit Sacramentum, vel simplex cæremonia. 128. *Quando conferatur à Syris.* ibid. *Et quando in antiqua Ecclesia.* ibid. *&* 129. 130. *Formula*

huius

huius Sacramenti. 129. *A quibus conferatur*. 132.133.
Coptitæ quid sentiant de Circumcisione quà ipsi vtuntur vnà cum Baptismo. 38. *Monophysitarum Hæresim amplexi sunt* 24. *Dioscori sunt asseclæ*. 26. *Quid sentiant de Sacramento Confessionis*. 32. *Ab Vrbe Copto sic dicti*. 34. *Christianæ Religionis fuerunt operarij in India*. 15.
Corepiscopi ordinatio. 223.224.
Cypri insulam præter Græcos incolunt etiam Maronitæ. 92. *Hi in Sacris obeundis vtuntur lingua Syriaca*. *ibid.*

D

D*Air Ras Elnahr Monasterium in Libano*. 89. *Residet ibi Episcopus. ibid.*
Damascus Vrbs caput Phœniciæ Libanicæ. 82. *Damascenæ Prouinciæ descriptio*. pag. 86.
Damur fluuius. *Vide Adonis*.
Dannie Regio in Libano Tripolitanæ ditionis. 90.
Dauidis Barphaulos Authoris Syri Opera. pag. 53.

Dei æternitas an sit indiuisibilis. 364. 365. 366. *an sit infinita*. *ibidem*, *An Deus sit vbique in Cælo, & in terra*. 366. 367. 368. *An eius Decreta sint ab æterno*. 368. 369. 370.
D. De Moni obiectioni respondetur circa ea quæ scribit de Maronitis pro Vuillielmo Tyrio. 71. 72. 73. 74.
Diaconatus. 224.
Diodori heterodoxi festiuitas quando celebretur à Nestorianis. 20.
Dionysij Barsalibi Syri heterodoxi scripta. pag. 53.
Dioscorus Episcopus Alexandrinus sequutus est Eutichetem. 25. *Discrimen inter Dioscorum, & Eutichetem*. 25. 26. *eum recensent Iacobitæ in Dypticis Missæ*. 53.
Doctores Syri quomodo dignoscantur Orthodoxi ab heterodoxis. 47.
Drusi Populi qui sint. 85. 86. *Quam Phœniciæ partem incolant*. 85. *De eorum Principe*. *ibid*. *De eorum fide*. 86. *Christianis confœderati & Libertate fruuntur*. *ibidem*.

Eccle-

E

ECclesia Orientalis, & Occidentalis est vna. 1.
Ecclesia. 257.258. *Qui sint de Ecclesia.* 258. *Est vna, & est visibilis.* 258. *vsq; ad* 262.
Eden in Libano. 89.
Eleutherius fluuius Phœniciæ. 82.86.
Emir Ebn Maan Drusorum Princeps. 85.
Enoch Ciuitas Phœniciæ. 84. *Eius situs.* ibid. *A quo ædificata.* ibid.
S. Ephrem Syrus quà floruerit ætate. 47. *De eius metro in poesi.* 50.51.
Episcopales Ecclesiæ Iacobitarum habent propria nomina cuilibet Ecclesiæ addicta. pag. 46.
Episcopatus. 224.
Epistolę omnes Apostolorum admittuntur à Syris. 390.
Eucharistia. 135. *De ea quid sentiant Nouatores.* ibid. *Quid Syri, & an Transubstantiationem admittant.* ibid. & 135. *vsq; ad* 141. *Variæ formulæ Consecrationis.* 141. *vsq; ad* 146. *an consecratio fiat per verba prolata à Sacerdote in persona Christi, an per subsequentem oratio-*

nem inuocationis Spiritus Sancti. 146. *vsq; ad* 149. *Cur post Consecrationem dicatur Oratio inuocationis Spiritus Sancti.* 149. *vsq; ad* 161. *An Syri admittant in Eucharistia Corpus, & Sanguinem Christi Domini per Transubstantiationem.* 161. 162. 163. *An omnes Syri antiquitus conuenerint in formula Consecrationis.* 163. *vsq; ad* 167. *Confertur Eucharistia pueris vna cum Sacramento Confirmationis immediatè post Baptismum & quare.* 131. 132. *Circa materiam Eucharistiæ varij ritus.* 168. *De forma Eucharistici panis.* pag. 189.

Eutyches Archimandrita primus Author hæresis Monophysitarum. 25. *Discrimen inter Eutychetem, & Dioscorum.* pag. 25. 26.

Eutychius Alexandrinus confutatur circa ea, quæ scribit de Maronitis. 64. *vsq; ad* 67.

Exorcista. 225. *vsq; ad* 228.

Extrema Vnctio quomodo vocetur à Syris. 206. *numeratur inter septem Sacramenta.* 119. 206. 213.

Fe-

F

FEria Sexta obseruantia apud Nestorianos. 19. vsq; ad 23. Eiusdem feriæ obseruantia introducta est inter Mahumetanos. 23.

Fermentato pane in Sacrificio Missæ, quæ Nationes vtantur in Syria. 34. 58.

Festiuitas Auri quæ sit apud Nestorianos. pag. 22.

Festiuitates variæ Nestorianorum. 19. vsq; ad 23.

S. Finees Martyris festiuitas. 21.

Fons Hortorum fluuius Phœnicia. 82. 88.

S. Frumentius ex Tyro in Phœnicia, Christianam religionem, & linguam Syriacam, in Indiam inuexit. 16. 17.

Ftuhh Regio Phœnicia. 83.

G

GArb Drusorum Regio in Phœnicia. pag. 85.

Gazir in Regione Kesruan. 91.

Gesr Maameltein Pons in Phœnicia. 87.

Giobbet Bsciarrai Regio in Libano. 88.

Giobbet Almneitra Regio in Libano. 90.

Giord Drusorum Regio in Phœnicia. 85.
Giun Regio Tripolitanæ Ditionis. 87.
Gratia Dei an sit diffusa omnibus hominibus. 378. 379.
Gregorius Barebræus qua ætate floruit. 116.
Guta Regio Damascenæ Ditionis. 86.

H

Hebediesu Metropolita Sobensis qua ætate floruerit. 116. *varia opera composuit.* 117.
Hæremitæ, ac Solitarij floruerunt, ac florent in Syria. 359. 360. 361.
Heliopolis Vrbs Phœniciæ Libanicæ. 82. 86.
Heliopolitana Diocæsis. 86.
Hermes Monachus Nestorij socius. 21. *Eius festiuitas quando celebretur à Nestorianis.* ibid.
Hesron in Libano, & eius prerogatiua. 89. 90.
Hhadet in Libano. 89. *Eius Constantia aduersus Saracenos.* 90.
Hhuran Phœniciæ Regio. 87.
Hierosolymitanus Targumicus Textus. pag. 386.
S. Hilarion primus Monachorum Institutor in

in Syria. pagina. 358.
Hippodiaconus. 224.227.

I

Iacobitæ Monophysitarum hæresim amplexi sunt. 24. *Dioscori sunt asseclæ.* 26. *Eorum Regio.* 39. *Quid sentiant de materia Eucharistiæ.* 34. *Cur unico digito muniunt se Crucis signo.* 30.31. *Confutatur Prateolus cum alijs asserentibus eos non credere mysterium Trinitatis.* 29. *A quo denominati sint Iacobitæ.* 40.41. *De eorum Patriarcha.* ibid. *De eorum Metropolitis, & Episcopis.* 45. *Quos recenseant in Dypticis Missæ.* 53.

Iacobus Episcopus Edessenus an ab Orientalibus habeatur Orthodoxus. 48.

Iacobus Episcopus Nisibensis qua floruerit ætate. 47.

Iacobus Episcopus Nisibensis an ab Orientalibus habeatur Orthodoxus. 48. *De eius metro in Poesi.* 50.51.

Iacobus Zanzalus assecla Dioscori. 26. *Cur vocetur Baradæus.* 41.42. *Cur vocetur etiam Edessenus.* 43.

Ianitor. Vide Subdiaconi Ordinatio.

Ieiunium Quadragesimæ quomodo obseruetur à Syris. 346.347. *Quot Ieiunia, & abstinentiæ sint apud Syros in toto anni Curriculo.* 347. *vsq; ad* 352. *Quid sit Ieiunium Niniuæ.* 352. *De Monachorum Ieiunio.* 352.353. *Obseruant Syri Ieiunium ex constitutione Christi Domini, & Apostolorum.* 353 354.
India Christianam Religionem amplectitur opera D.Thomæ Apostoli. 18. *Eadem ibi ab alijs propagatur.* 15.17.
Innocentius Papa XI. nouum Patriarcham Chaldæorum in Mesopotamia pro Catholicis constituit. 19.
S. Ioannis Baptistæ festiuitas quo tempore à Nestorianis celebretur. 20. *Quando à Maronitis.* 96.
Iohannes Darensis qua ætate floruerit. pag. 114.115.
Ioannes Maro qua ætate floruerit. 115.116. *Quis fuerit.* 62. *An fuerit Author Monothelismi.* 62. *vsq; ad* 67. *Quid sentiant de eo Iacobitæ.* 181.
Iordanus fluuius. 82. *Vbi oriatur.* 87.
S. Isaac Episcopus Mausal qua floruerit ætate. 47. *De eius metro in Poesi.* pag. 50.51.

Isi-

Isman Pseudoprophata Drusorum. 86.

K

KAlb fluuius. Vide Lycus.
Kesruan Regio in Phenicia. 84. *Eius descriptio.* 91.
Kura Regio Tripolitanæ Ditionis. 87.

L

LEctor. 224.227.
Leon fluuius Phænicia. 85.
Lex Diuina Decalogi an possit obseruari. pag. 379.380.
Libanus Mons Phænicia. 82.88. *Eius descriptio.* 82.83. *De eius Cedris.* 83.
Liber Esther, an apud Syros sit canonicus. pag. 390.
Liberum arbitrium an detur in creatis. pag. 370.371.372.373.
Litani fluuius Phænicia. Vide Eleutherius.
Liturgiarum antiquitas. 113. *De Liturgiis Syrorum.* 319.
Lutherani quid sentiant de Eucharistia. 134. *Quid de Sacramento Ordinis.* 215. 216. *Quid de Sacramento Matrimonij.* 251.

251. *Quid de Ecclesia*. 258. *Discrepant inter se in varijs fidei quaestionibus*. 263. *Sunt omnes concordes contrà Romanum Pontificem*. 263. 264. *Quid sentiant de Potestate D. Petri Apostoli*. 264. *Quid de Purgatorio*. 314. *Quid de Reliquiarum cultu*. 337. *Quid de Templis*. 339. *Quid de Monachatu*. 354. *Quid de Professione religiosa*. 356. *Quid de libero arbitrio*. 370. *Quid de Antichristo*. 395. 396. 397.

Lycus fluuius Phaenicia. 82. 91.

M

MAhometani *admittunt locum in quo purgantur Animae*. 317. 318. *Obseruant ferium sextam*. 23. *Apud eosdem sunt in magna veneratione aliqua Christianorum Templa in Syria*. pag. 343. 344.

Manogli seu Ebn Maan Princeps Drusorum. 85.

Mardaitae qui sint. 60.

Marghat, seu Margab Castrum Phaeniciae. pag. 81.

Margijun Phaenicia Regio. 87.

Mari

Mari discipulus SS. Apostolorum Thomæ, & Thadæi. 105.
S. Mariæ Ægyptiacæ euentus. 336.
Maronini quid sint. 62.
S. Maro Abbas qua ætate floruerit. 59. *Miraculis, ac pietate celebris.* ibid.
Maronitæ qui sint. 85. *A quo denominati.* 60. *Multa passi sunt ab hæreticis.* 59. *Quare aliquando dicti sint Mardaitæ, & Maronini.* 60. 62. *Expenditur Vuillielmi Tyrij testimonium de Maronitis, & confutatur.* 63. *In quibus deceptus sit idem Author.* 64. 71. *vsq; ad* 74. *Confutatur Eutychius Alexandrinus circa ea, quæ scribit de Maronitis.* 65. 67. *An Maronitæ fuerint Monothelitæ.* 66. *vsq;ad* 69. *Quid inter Maronitas molitus est Thomas Hharanita Metropolita Kfartabensis.* 69. 70. 71. *Respondetur D. De Moni circa ea, quæ scribit Vuillielmus de eisdem.* 71. *vsq; ad* 73. *Quid desumatur de Maronitis ex Concilio Florentino.* 75. *vsq; ad* 78. *Fuerunt semper Orthodoxi.* 80. *Incolunt Phæniciam.* 81. *Et alias Syriæ Vrbes, nec non & Cypri Insulam.* 91. 92. *De eorum Patriarcha.* 92. *De Metropoli-*

politis, & Episcopis. 93. *De Monachis & Monialibus*. ibid. *De Diuinorum Officiorum recitatione, & eorum Ieiunijs*. 94.95. *De distributione Officij Diuini in Quadragesima, & in Aduentu*. 95.96. *De eorum festiuitatibus*. 96.

Matn Drusorum Regio in Phœnicia. 85.

Matrimonium an sit Sacramentum, vt sunt alia Sacramenta. 251. *Quomodo contrahatur apud Syros*. 252. *Admittunt sponsalia*. ibid. *De causis Repudij*. ibid. *An per repudium dissoluatur Matrimonium*. ibid. 253.254.

Medinat Elras prima Orbis Ciuitas in Libano. 84.

Melchitæ qui sint. 54. *Eorum error de Processione Spiritus Sancti*. 55. *De eorum Patriarcha*. 58. *Celebrant in fermentato*. ibid.

Metropius Philosophus Tyrius linguam Syriacam cum D. Frumentio in Indiam inuexit. 17.

Metropolitanæ, ac Episcopales Ecclesiæ Iacobitarum habent propria nomina cuilibet Ecclesiæ addicta. 46.

Missa. 319. *Missa est Sacrificium*. 320. *Quot modis Missa à Syris vocetur*. 320. *vsque ad* 328.

Mo-

Monachatum tam in Masculis, quam in Fæminis admittunt Syri. 354.355. *Monachi post Nouitiatum emittunt Professionem.* 356.357. *Quis inuexerit in Syriam Monachorum institutum.* 358.
Monasterium B. Maronis inter Antiochiam, & Apameam. 59. *Eius Monachi Catholicæ fidei Antesignani.* ibid. *Multa passi sunt ab Hæreticis.* 59.60.
Monophysitæ qui sint. 24. *Eorum hæresis quæ sit.* ibid. 27.28. *Primus Author huius hæresis quis fuerit.* 25. *Admittunt Sacramentum Confessionis, & confutantur qui asserunt, illud eos ab Ecclesia abrogasse.* 31.32.33.
Monothelitarum hæresis in quo consistat. 62.
Moses Bar Cephas Syrus qua floruerit ætate. 53. *Eius scripta.* ibid.
Mqaddem Bsciarrai qui sit. 89. *Ad quem pertineat eius electio.* ibid.
Mulieris subintroductæ variæ explicationes. pag. 247.248.

N

Nestorius de Sede Constantinopolitana expulsus, in Mesopotamiam inuexit suam hæresim. 12. *Qua die celebretur à Nestorianis eius festiuitas.* 20. *Eius*

Li-

Liturgia quando recitetur. 24.

Nestoriani sic dicti à Nestorio Episcopo Constantinopolitano. 3. *cur nuncupentur Chaldæi.* ibid. *quæ eorum hæresis, & quo tempore exorta.* 4. *an recesserint aliquando à priori sententia Nestorij.* 5. *adducuntur testimonia pro parte affirmatiua.* ibid. *adducuntur pro parte negatiua.* 6. *Fallacia Nestorianorum in loquutione.* 9. *Non rectè sentiunt de Processione Spiritus Sancti.* 10. *Authoris huius erroris inter Nestorianos quis fuerit.* 11. *Quomodo Nestorianorum hæresis inuecta sit in Mesopotamiam, & vsque ad vltimos Asiæ fines.* 12. 13. *Eadem hæresi inficitur Præsbiteri Iohannis Imperium.* 13. *Nestorianorum numerus in Mesopotamia.* 17. *De eorum Patriarchis, Metropolitis, & Episcopis.* ibid. *Quænam sit eorum Patriarcharum iurisdictio.* 18. 19. *Obseruant omnes ferias sextas à Natiuitate Domini vsque ad Quadragesimam.* 19. 20. *De eorum festiuitatibus.* 20. 21. 22. *De Ieiunijs.* ibid. *In Sacris conficiendis quot vtantur Liturgijs.* 23. 24.

Nicæni Concilij Sextus Canon explicatur. 285.

285. 286. 287. *Proponuntur varię Orientalium editiones eiusdem Canonis*. 288. *vsque ad* 291. *Proponitur Canon quadragesimus quartus Editionis Arabicę eiusdem Concilij pro authoritate Romani Pontificis supra Concilia*. 293. 294. 295. *Cur Sessiones Quarta, & Quinta Concilij Constantiensis non obstent prefato Canoni Quadragesimo quarto Concilij Nicęni editionis Arabicę*. 295. *& seq. vsq; ad* 306. *Vindicantur Canones Arabici Nicęni*. 307. *vsq; ad* 310. *Respondetur obiectionibus Guillielmi Beueregij pro veritate Canonum Arabicorum*. 311. *vsq; ad* 314.

Nouatorum subdolę artes in recensendis textibus. 97. *vsq; ad* 100. *Confutantur ab ipsis hereticis Orientalibus*. 101. *Quid sentiant de numero Sacramentorum*. 117. *Quid de Sacramento Cōfirmationis*. 128. *Quid de primatu Petri in Apostolos*. 264.

O

Officiorum Diuinorum antiquitas in Syria. 106. *vsque ad* 112.

Oleum extremę Vnctionis benedicitur ab *Epi-*

Episcopo . 207. 208. 209. *De duplici Olei benedictione* . 207. *Aliquando benedicitur à Presbyteris* . 209. 210. 214. *Quomodo hoc oleo vtantur. ibid.* & 211. *Huius Sacramenti variæ formulæ* . 212.
Oleum , & salem miscent Iacobitæ in pane fermentato consacrando . 34. 35.
Ordinis Sacramentum . 215. *De numero Sacrorum Ordinum* . 222. 223. 224. *Vnus est alteri superior* . 229. *Quot Ordines admittat Caluinus* . 215. *Susci-piuntur Ordines apud Syros per manus impositionem* . 231. *Non requiritur Cælibatus vsq. ad Presbyteratum inclusiuè* . 232.
Orontes Flumen Phæniciæ . 82.

P

PAlmirena Regio Phœniciæ . 86.
Pane fermentato in Sacrificio Missæ quæ Nationes vtantur in Syria . 34. 58.
Paneas . Vide Cæsarea Philippi .
Patriarcha Iacobitarum quodnam nomen sibi assumat . 44.
Patriarcha Maronitarum quo nomine vocetur . 92.

Pa-

Patriarchę Nestorianorum habent nomina Patriarchatui affixa, sicut & cęteri Patriarchę Orientis. 18. 19.
Patriarchatus. 224.
Peccatum Originale omnibus inest hominibus contra Anabaptistas. 123. 124. 125.
Peregrinationes ad loca Sancta admittunt omnes Syrorum Nationes. 344. 345. 346.
Periodeuta est Ordo, & quid significet. pag. 224.
D. Petri Apostoli super omnes Apostolos potestas. 264. *& sequentibus vsque ad paginam.* 270.
Phœnicię descriptio. 81. *Eius diuisio in marittimam, & Libanicam.* 81. 82. *De eius Vrbibus. ibid. Quot Prouincias contineat.* 84. *De fluminibus quibus irrigatur. ibid.*
Philoxeni Episcopi Mabugensis Eterodoxi scripta. 52.
Politicum gubernium an detur in Orbe Christiano. 381. 382. 383.
Pręsbyteratus. 224.
Pręsbyteri Iohannis antiquum Imperium in

Asia. 13. *Cur sic nuncupatus*. *ibid*. *Hoc Imperium à Tartaris occupatur*. *ibid*. *Quomodo nomen Presbyteri Iohannis translatum sit ex Asia ad Regem Abyssinorum*. 13. 14.
Prima Tonsura. 225.
Primatus Romani Pontificis. *Vide Romanus Pontifex*.
Professionem Religiosi Syri emittunt statim post Nouitiatum. 356. 357.
Prophetia Baruch in quo discrepet ab editione latina. 388.389.390.
Psaltes primus Ordo *inter minores*. 224. *In eius* Ordinatione *quot* Ordines *includantur*. 225.
Ptolemais Vrbs Phæniciæ Marittimæ. 82. *Eius Diœcesis*. 84.
Purgatorij existentia probatur. 314. *vsque ad* 318. *Quid sentiant Mahometani de Purgatorio*. 317.318.

Q

Qadiscia fluuius. *Vide Fons Hortorum*.

Re-

R

R*Eliquiarum cultus.* 337.338.
Repudij causæ quot sint apud Syros. 252. *An per repudium dissoluatur Matrimonium.* ibid. & 252.254.

Ritualium antiquitas in Syria. 112.

Ritus Æthyopicus quid intendat per Orationem inuocationis Spiritus Sancti. pag. 156.

Ritu Mozzarabico præter Hispaniæ Ecclesias vtebatur olim etiam Gallia, ac præsertim Narbonensis. 156.

Romanus Pontifex. De Romani Pontificis Primatu quid sentiant Sectarij. 264. *Eius suprema potestas.* 269. *Exponitur Canon trigesimus septimus Editionis arabicæ Concilij Nicæni pro primatu Papæ Romani.* 276. *Primatum habet ex Constitutione Apostolorum.* ibid. & 277. 278. *Primatus necessarius in Ecclesia, prout etiam erat in lege Veteri.* 278. *Expenditur Canon Nicænus Arabicus septuagesimus primus Concilij Nicæni de Appellationibus pro eodem Primatu.* 279.280. *Probatur hunc Canonem fuisse sancitum in Concilio Nicæ-*

no. 280.281.282. *Romanus Pontifex nullum agnoscit Superiorem*. 291.292. *Habet Authoritatem suprà Concilia ex Canone quadragesimo quarto Concilij Niceni editionis arabicæ*. 293.294.295. *Supremam hanc Authoritatem penes aliquem eße fatentur ipsi Nouatores*. 306. *Non poteſt eſſe niſi penes Romanum Pontificem*. *ibid.* & 307. *Negata etiam Canonum Arabicorum veritate, quid concluditur pro Papæ Primatu*. 311.

S

Sabellij error de Trinitate periit in Oriente vná cum Authore. 30.

Sacerdotium ſeruabatur etiam in naturali lege, & in Moſaica. 216. *Eius Ethymologia apud Syros*. 220.221. *Eius prærogatiuæ*. 218.219.

Sacramenta. *Quid ſentiant Orientales de Sacramentorum numero, & de alijs fidei dogmatibus*. 100.101.105.118.119. *Quid ſentiant Nouatores*. 117.

Sacrificium Miſſæ. 328.329.330. *Sacrificium fit à Sacerdotibus cum conſumptione rei ſenſibilis*. 331.332.

Sai-

Saiſenie Oppidũ à quo Aſſaſſinij Populi. 87.
Salem, & Oleum miſcent Iacobitæ in fermentato pane conſacrando. 34.35.
Sanctorum cultum admittunt omnes Syri. 339. *Licet Deo in honorem Sanctorum vota facere.* 341.342.343.
Sciehbar Elgarb Druſorum Regio in Phœnicia. 85.
Sciehbar Elmatn Druſorum Regio in Phœnicia. 85.
Sciuf Druſorum Regio in Phœnicia. 85.
Sectarij quid ſentiant de Primatu Romani Pontificis. 264.
Sergius Monachus Neſtorianus obſeruantiam feriæ ſextæ inſtituit inter Mahomethanos. 23.
Sexta feria. Vide Feria ſexta.
Seuerus Epiſcopus Antiochenus aſſecla Dioſcori. 25. *De eius ſcriptis.* 52.
S. Simeon Stilita quid apud Syros inſtituerit. 23.
Simon Sulaca Patriarcha Neſtorianorum Romæ abiurat ſuam hæreſim. 19.
Sinarum Regio quo tempore amplexa ſit Chriſtianam Religionem. 14.15. *Qui fuerint primi operarij.* 15. *Sinarum, & Indorum populi in Sacris conficiendis,*

& in diuinis Scripturis vtuntur lingua Chaldaica, seu Syriaca, & qui eam in Indiam inuexerint vna cum Christiana Religione. 16.17.

Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio quæ nationes Syrorum profiteantur. 55. Refellitur opinio nonnullorum ex recentioribus circa hanc materiam. 55.56. Iacobitæ asserunt hunc articulum fuisse definitum in tertia generali Synodo Ephesina. 56.57. Quomodo hæc propositio saluetur. 57.58.

Sqif Regio. Vide Traconitidis.

Subdiaconi, seu Hippodiaconi ordinatio quot ordines includat apud Syros. 224.225.

Sudoris Christi Sanguinei historiam quæ habetur Lucæ Cap.22.admittūt Syri. 396.

Sydon Vrbs Phœniciæ marittimæ. 82.

Sydoniensis prouinciæ descriptio. 84.85.

Syriaca, seu Chaldaica lingua in vulgo vbi nam retineatur. 89.90. Extra Syriam in Officijs Ecclesiasticis. 16.17. Necnon & in Regno Cypri inter Maronitas. 92.

Syriaci, seu Chaldaici Textus, tam veteris, quam noui Testamenti, qui fuerint Interpretes. 386.387.

Syrorum assensus cum Ecclesia Occidentali

de

de Septenario Sacramentorum numero, aliisque fidei dogmatibus. 100. 101. *Christiana receperunt instituta ab Apostolis*. 103.

T

Targumici Chaldaici Textus Vet., qui fuerint Interpretes. 385.386.
Temperantiæ Votum. Vide Vota.
Templa in honorem Sanctorum in Syria. 339.340. *Aliqua Sanctorum templa sunt in magna veneratione apud ipsos Maumethanos*. 342.343.
Textus Chaldaici Targumici veteris Testamenti antiquitas, & qui fuerint Interpretes. 385.386. *De Textu Targumico Hierosolymitano*. 386. *De Textu Syriaco*. *ibid*. & 387. *Qui fuerint Interpretes eiusdem*. *ibid*.
Theodoretus Episcopus Cypri primus Author inter Nestorianos erroris de processione Spiritus Sancti. 11.
Theodorus Mopsuestenus Nestorianorum antesignanus quomodo ab iisdem nuncupetur.24. *Eius festiuitas quando à Nesto-*

rianis celebretur. 20. *Quo tempore vtantur eius Liturgia.* 24.
Thodmor Regio Phœniciæ. Vide Palmirena.
Thomas Hharanita Metropolita Kfartabensis, quomodo infecerit Monothelismo aliquos ex Maronitis. 69.70.71.
Thomæi Christiani in India, à quo? 18.
Thymotheum Elurum Syrum Heterodoxum recensent Iacobitæ in Dypticis Missæ. 53.
Tortosa Vrbs Phœniciæ marittimæ. 8. *Eius Diœcesis.* 87.
Traconitidis Regio. 85.
Transubstantiatio. Vide Eucharistiæ Sacramentum.
Traditiones Apostolicas, & Ecclesiasticas amplectuntur Syri. 393.394. *Et Vide. Verbum Dei non scriptum.*
Tripolis Vrbs Phœniciæ marittimæ. 82.
Tripolitanæ Prouinciæ descriptio. 87.
Trullani Canones, qui sint. 238.239. *An reprobati fuerint.* ibid.
Tyrus Vrbs Phœniciæ marittimæ. 81. *Caput huius Phœniciæ.* 82.
Tyriensis prouinciæ descriptio. 84.85.

Va-

V

V*Alania flumen Phœniciæ.* 82.

Verbum Dei ſcriptum. 383. *De eo quid ſentiant Nouatores. ibid.&* 384. 385. *Quid ſentiant Syri.* 388. *vſque ad* 392.

Verbum Dei non ſcriptum, ſeu Traditiones. 392. 393. 394. *De eo quid ſentiant hæretici Occidentales.* 392. *Quid Syri.* 392. 393. 394.

Vetus Teſtamentum. Vide Textus. Vide Cathalogus.

Vota licet Deo facere in honorem Sanctorum. 341. 342. 343. *Quid intelligant Syri per Votum Temperantiæ.* 357. *Vota Monachorum ſunt indiſſolubilia, & non libera.* 358. 359.

Vvadettein Druſorum Regio in Phenicia pag. 85. 86.

Vvillielmus Tyrius circa ea, quæ ſcribit de Maronitis, confutatur. 69. *In quo deceptus ſit.* 64. 71. 73. 74. *Oſtenditur in hiſtoria de Maronitis non fuiſſe ſatis exactum.* 78. 79. 80.

Ze-

Z

ZEuie Regio Tripolitanæ Diœcesis. 87
Zosimus Romanus Pontifex mitti Legatum ad Concilium Carthaginense cum Canone de Appellationibus, sancito in Concilio Niceno, pro causa Appiarij Presbyteri. 282. vsq; ad 285.

FINIS.

Mendæ Typographycæ.

Pagina.	*Linea.*	*Errata.*	*Correctio.*
13.	1.	conſpur-gauitq;	conſpur-cauitq;
17.	15.	Syro.	ex Tyro.
48.	20.	ܡܠܘܣ	ܡܠܟܘܣ
52.	19.	Anno 1012.	An. 512.
143.	23.	forma.	format.
262.	in margine.	CAP.III.	CAP. II.
300.	25.	Diſcepan-te.	Diſcre-pante.
392.	in margine.	CAP.VII.	CAP. VIII.
394.	in margine.	CAP. XVIII.	CAP. XIX.

Leuiora pro ſua benignitate corriget Lector.